PRINCIPES

EN

FRANCOYS

OE xv
800

Exv
100

15
S. E. 800.

Note des pièces contenues dans ce volume.

1. principes en françois. ant. Denidel. 4°. omes D.
2. ant. martinelli epitoma seu regule constructionis. (1492) parisiis, alex. de mediolano . . . . . 4°. D. 659
3. Regule elegantiarum augustini Dati familiaris comment. declarate. (cum francisci Nigri expositione) a judoco chlichtoveo. parisiis, Denis Roce, ... 4°. omes D.
4. tractatus de orthographia (johann. carthusiensis) parisiis, ant. Denidel. . . . . 4°. omes D.
5. ars versificatoria Rob. gaguini. . . . . 4°. omes D.
6. fr. bapt. Mantuani de suorum temporum calamitatibus paris, Michel Lenoir, 1498 - - - - - - 4°. D. 878 ~~659~~
7. auli persii flacci satyr. cum comm. opus. (parisiis), michel Tholoze. . . . . 4°. omes D.

voir dans le Recueil 12e X. 308 Réserve (6e pièce)

Frís Baptíſtæ Man. Carmelítæ theologi ad Reuerẽdíſſímum ín chriſto patrẽ ac Dñm. D. Oliueríũ Carafã: Sabinen. Ẽp̃m & Cardínalẽ Neapolítanũ de ſuoꝝ tp̃orũ Calamitatibus.

Paris, Michel Lenoir, 1498

O mi mei soyz memor dū veni in Regnū
Fl d soyz memo ero si d Deus
Et qui le mei in cruce pendit
Fl ꝑ soyz memor ero si ꝑ Deus

Fris Baptiſtę Mā. Carmelitę theologi ad Re
uerēdiſſimū ixpo prem ac Dnm. D. Oliueriū
Carafā: Sabinē. Epz& Cardialē Neapolitanū
de ſuoꝫ tpoꝫ Calāitatibꝰ. liber feliciter icipit.

OGIMVR iſtius mala
c tempeſtatis & alto
Egreſſas erebo furias
turpiqꝫ fugatam
Virtutem exilio & varias percurrere clades
Ob ſcelera immiſſas terris: artemqꝫ docere
Quę premat ætherei flagrantē principis iram
Summe deū decimꝰ regnū cui terminat orbis
Cui rerū natura ſubeſt: cui militat ardens
Aſtrorū cęliqꝫ iubar: qui ſolus habenas
Fortunę fatiqꝫ tenes: ſua victus apollo.
Poſtibus arma tuis offert plectrūqꝫ lyramqꝫ:
Quicqd habet delos: quicqd cadmia dirce
Quicqd ineſt delphis tibi dat cynthūqꝫ Rho=
Oīs adoratę ſeruit tibi gloria Daphnes (dōqꝫ
Eſt tuus Eurotas. Helicū tuus: ardua Cirrhæ
Saxa tenes: tua nūc hederis thymbraqꝫ virētí
Ornantur delubra: tui per pinguia paſcunt
Phocydis arua greges; & dulcia flumīa potāt:

Dii veteres fugere: nouis altaria lucent
Ignibus: & nobis tua numina sola supersunt:
Et quoniam pulso solus potes omnia phębo:
Huc a des. & fragilē duc ad tua littorā cymbā.
p Oſtq̄ sollicitę stimulos & plurima vitæ
Tędia perpessi: iuuenile pegimꝰ æuū:
Ocia: & antiquisinem sperare laboris
Fas erat: & fessę post longa pericula puppi
Littoris & mitem portus optare recessum:
Sed pater vtilibus qui temporat omnia curis
Robur & assidua vires firmare palestra
Cogitat: & nobis quibus ętheris annuit arcem
Desidiā somnūqꝫ negat: ne scilicet annis
Dulcibus & segni mens eneruata quiete
Langueat: & torpor lentos effæminet artus:
Torpor eni cęco vapor est e gurgite surgens
Somniferę lęthes: nubē qui intinxit opacam.
Sensibus humanis fideiqꝫ obliuia sanctæ.
Securas igitur ne vincat inertia mentes
Tempora cōtinuis fæcūda laboribus adsunt.
Ecce repentino surgunthorrentia motu
Prælia. terribilem quatiēs mars ferrēs hastam
Armato rigidū lateri circūligat ensem.

Stat ſonipes pícto lumbos & pectora tergo
Cinctus & ęratæ frontis ſplendore ſuperbus.
Accínti gladíis pedítes: quíbus ęrea fronti
Tegmína prætētis vibrāt vmbonibus haſtas:
Coritoſq; ligant humeris: vío loſa ſagittæ
Tergora: & hirſutas roſtrāt haſtília vulpes.
Perq; foros curſant nautę ſti pantq; líburnas
Arma rates: Clypeís circūpendentíbus altū
Tollít prora caput: roſtratas ad rua puppes
Pone trahit claſſis: ſuſpenſaq; carbaſa ventis
Críſpat: & accenſi pugíles molímine magno
In teretes malos ſilíces & ferrea ſurſum
Tela vehūt: reſonāt funes: animoſa íuuentus
Aerataſq; ſudes: & curuæ cuſpidísvncos.
Aptat: & ardentí comes ít bellona gradíuo.
Sícut ín Actíaco grandí ſub leucade ponto
Líttus ambracię. forticum mílite Cęſar
Chaonío phariā díſiecit in ęquore claſſem.
Seu quando ioníis vulcanía fluctíbus ęthna
Europæ Lybęq; duces concurrere vídít.
Scílícet Auſoníis alacer cū Regulus íbat
Nauíbus exelſi ſulcans vada lata Pachyní:
Et patríis contra bellans pro legíbus Hanno

Saxa relinquebat fatis lilybęa ſiniſtris.
Bellandi cupidę coeunt in prælia gentes.
Depoſitiſq; vacant inculta ligonibus arua.
Vndiq; ſurgentẽ ſpargit vaga fama tumultũ.
Arma procul colliſa ſonant: clangore minaci
Nartia feruentes accẽdũt claſſica pugnas.
Quod ſi florentes. iſtis in ſyrtibus annos
Aegimus & tanto iuuenes ſudauimus ęſtu
Quid nõ triſte putas feret erumnoſa ſenectꝰ?
Ipſa tremens artus: teretiq; innixa bacillo:
Hiſpida: macra: breuis: canis rugoſa capillis:
Caligans oculis: curuato in pectora tergo
Iã properat: ſequit celeri mors pallida greſſu:
Heu fruſtra faciles curſus auramq; ſecundam
Fruſtra expectamꝰ: Nos iplacata charybdis
Proiicit in ſcyllam: ſcyllę de vortice rauco
Nos rapiunt ſyrtes: iterũq; rotamur in hoſdẽ
Aequoris inſultꝰ: ſcopuli. vada. vẽtꝰ. & vnde:
Semper & a duerſis in funera currimus aſtris.
Et nihil eſt aliud cultis Adamus in hortis
Quã primi ſine fraude dies cum libera nulli
Pectora mœrores agitant: ſyncera voluptas
Impolluta quies animi cum dulcibus annis

Primeuæ fugiuut vitę: mox aſper acutas
Gignit ager ſentes: & noxia ſemina profert.
Namqꝫ vbi læta vouę ceſſit lanuginis ętas
Sollicitę ſubeũt curę: trepidiqꝫ pauores:
Et labor in ſomnis, dubiiqꝫ per omnia caſus.
Bella cient italę gentes: nec barbarus hoſtis
Queritur: inſultans noſtris qui finibus inſtat.
Inter ſe certare parant: & federe rupto
Conuertere rigens in mutua vulnera ferrum:
Quoſqꝫ peregrini dominos concordia mundi
Fecit in ambiguã regno de paupere litem
Compulit infauſtę genitrix diſcordia pugnæ.
Hæc vrbes eadem veſania cępit Achęas
Quom caput Emathii proles animoſa tyrãni
Extulit: aduerſꝰ celebres lacedęmõ Athenas
In lacedę monios ibat theſea propago:
Totaqꝫ ſubuerſis titubabat gręcia rebus
Dumqꝫ fauent regni cupido: dũ fędera iũgũt
Cum duce fędifrago: dũ ſeſe copulat hoſti
Alter in alterius damnũ commune coegit
Ferre omẽ & fortuna Iugũ: & parere Tyrãno.
Nec genus Auſoniũ tanta caligat herimę
Italiæ ſimilem videt impendere ruinam.

Luce caret: neſcitq; diem: ſecũq; tenebras
Crimẽ agit: noctẽq; animis inducit & vmbrã:
Propterea amiſſo ſceleratę lumine mentes
Venturã non ante putant quã venerit iram.
Quod ſi coniũctis in prędia viribus irent
Heſperię gentes non obluctãtibus aſtris
Non prohibente deo ſed opem vireſq; ferẽte
In vetus imperiũ poſſeſſaq; regna redirent.
Seruirentq; iterũ tuſco lata ęquora tybri:
Sperchiuſq; pado: nr̃is Erymanthus & othrys
Collibus: & latiũ trepidaret barbarus enſem.
Pręda nec eſſemus totiens: nec thracius hoſtis
Per phryges & colchos captęq; p helladis oraſ
Duceret in celebres inſignia noſtra triũphos
Ciu iles rixas & bella domeſtica noſtri
Non reges tantũ atq; duces ſed milite mixto
Dum picena fugax populatur littora turcus
Arma ſacerdotes diuorũ altaria circum
Ferre preces ſoliti tollunt: pacíq; repugnant:
Qua ſonat anguſtum ſcyllę latratibus ęquor
Quaq; ſyracuſio circũdatur inſula ponto
Inſula ciclopũ libyę porrecta ſub axem
Feruet Martis op⁹: calabros & Iapygis vrbes

In pugnã bellona vocat: rapienſq; ſuperbam
Aegida gorgoneos pectus circũligat angues:
Et qua nubiferi medio pro limite montes
Stant itali Gallicq; ſoli nouus arma tumultus
Cogit & indomito fulgentes ęre cateruas.
Cauſa mali caput etruſcę Florentia gentis
Auſonięq; decus ſummi violare miniſtros
Auſa patris demẽs. ſacrũq; haurire cruorem:
Ipſa quoq; indomiti genitrix Ferraria belli
Pręteritas auxit clades dũ ferre recuſat
Imperiũ venetoq; negat parere leoni.
Adde quod aſpectu cęli viciata maligno
Arua negant victũ. pingues iactata p agros
Semina vel pereũt vel inanes culmus ariſtas
Erigit: & triſti meſſor ligat ordea fronte.
Si fęcũda ceres aut lęti viribus agri
Aut hominũ ſtudiis vſq; fuit inuida grando
Pulſa per aerios magno cũ murmure tractus
Impellente noto ſtrauit: longoſq; labores
Perdidit: & nimbis cererẽ glacialibus hauſit:
Et padus ingentes voluẽs ex alpibus vndas
Inſubrũ venetũq; domos penetrauit: & omnis
Aggeribus fractis agri vaſtauit honores:

Nec ripis tantũ: ſed & ipſis altior ibat
Arboribus: ſalicũ per ſũma cacumina nautis
Curſus erat fugit prothei pecꝰ omne ꝑ agros:
Altaq; montanę petierunt ęquora nymphę.
Sicut cũ bellis olim ciuilibus vrbes
Arſerunt Italę: cum Cæſaris arma ſuperbi
Inuaſere lares patrios gentemq; latinam.
Mira canã & noſtris fortaſſe nepotibus olim
Non factura fidẽ: Benaci ſparſa per agros
Tanta locuſtarũ nubes vt pinguia paſſim
Paſcua & exortas ſegetes nemorũq; decorem
Temporis exiguo tractu cũſumpſerit omnẽ:
Nec poterat ſumptis hoĩm ſolertia telis
Fatales arcere feras: Caua tympana latos
Impleuit ſtrepitu campos: nec territa tanto
Dira lues ſonitu herbarũ radicibus imis
Morſibus hærebat. vicina per oppida poſtꝙ
Rumor iit Capere arma viri concurrere turbæ
Ad cõmune malũ: tanꝙ nouus itala cimber
Regna pręmat. Tandẽ multo vix tanta labore
Illuuies longis vix eſt cõſumpta diebus.
Dura fames igitur triſtes populata colonos
Sęuit: & exhauſtis langueſcũt corpora venis:

Vulgus inops macie affectũ ſqualẽſq; p vrbes
Poſcit opẽ fruſtra: & ſenſim vitalia membra
Victa cadũt: ſiccaſq; p̃mũt ieiunia fauces.
Nec patres natis nec nati patribus 'adſunt:
Tanta per hũanũ genus inclementia regnat.
Non lybice ſegetes nõ pinguib⁹ appula cãpis
Hordea nõ phrygiis ſuccurrũt gargara ſulcis:
Sed min⁹ hinc dãni: minor hęc ærũna: dolorq;
Mitior: infelixq; minus fortuna ſequetur.
Hic paucę ſat erũt lachrymę: crudelior alter
Communẽ ingẽti pariturus ſtrage ruinam
Hoſtis adeſt: noſtręq; rati grauiſ ĩgruit imber.
Qua Rodani voluũť aquæ: qua frigida rheni
Teutonicas fert vnda rates. qua perluit agros
Inſubres Venetoſq; Padus. qua diues ab alto
Vertice ſubiectos ſp eculatur Brixia campos
Occultũ pluit ex alta deus arce venenũ:
Et qua tireſię pulcherrima filia nymphas
Colligit humenti gremio lateq; recedens
Littus harundinibus cingit viridiq; papyro:
Quaque patẽs longe fluctu ſonat adria vaſto
Vltrices mors atra manus exercet & altis
Tabe madẽs ſparſam cędẽ cõponit aceruis.

Qua fluit hetruſco ſurgẽs vetus albula fonte
Romanaſq; inuiſit opes & regna quirini.
Qua gelidis ſonat arn⁹aquis.qua magna po=
Impat Aemiliovicina Bononia Rheno (tẽſq;
Imbelles acreſq; viros ſeniũ atq; iuuẽtam
Pallida mortifero peſtis craſſata veneno
Sternit humi:fondẽq; rotans e turribus altis
Ardentes pabulas iaculatur & vlcera diris
Gaudĩbus:& penetrat flãmãtib⁹ ĩguina telis.
Huic tumidũ guttur virus leuat:ille ſub alis
Fata gerit:q̃ lõga humerus ſe ĩ brachia curuat
Alterius patulas aures arſura parotis
Suſcitat occultũ longis ſub crinibus ignem:
Attonitũq; caput feriens vitalia membra
Occupat:atq; vias morsvna pãbulat omnes:
Extollitq; caput qua curſum fatifer humor
Siſtit:& horriferũ ſenſim dureſcit in orbem.
Id crudele genus necis hoc immane feroxq;
Supplíciũ hęc ſtygio rabies egreſſa profundo
Perq; domos humiles perq; alta palatia regũ
Sęuit & occultis miſeros ferit ictibus artus.
Vt quando incauti vicio paſtoris ouile
Incuſtoditum nox intempeſta recepit

Si lupus hesternę patiens ieiunia lucis
Sollicitusq; fame fuerit per limen apertum
Ad solas ingressus oues non mitigat vnum
Ingluuiē funus: sed multa cæde madescit
In totum sęuitq; gregē: sic acre venenū
Insontes sontesq; modo prosternit eodem.
Iamq; cadaueribus desunt loca iuncta sacratis
Aedibus: effosa passim tellure prophanis
Condūtur tumulis: in honoratisq; feruntur
Funeribus: dictu horrendū: visuq; tremendū
Præda feris inhumata iacent: & tabe fluenti
Circūstans tetro locus incestatur odor e:
Qua triplici concluſa pado Ferraria longis
Cladibus atteritur dñorū corpora passim
Pascūtur per rura canes: aquilęq; rapaces
Effodiūt duris hoim caua lumina rostris:
Intestina ferunt volucres: & in arbore summa
Exta patrū suspensa diu videre nepotes:
Mēbra pater vix ægra trahēs dū frigida cōdi
Corpora natorū clauso nōdū ore sepulchri
Labitur ipse super sua pignora: Crebra suorū
Sola domo vacua mater dū funera plorat
Cū lachrymis animā tenues exhalat in auras.

Multi ante occaſum vitæ vicina ſcientes
Fata ſibi: condíq; ſuas tellure volentes
Relíquias fodere ſolum glebiſq; ſubactis
Sacrato vini ſe compoſuere ſepulchro.
Rura ſilent: vacuęq; ſuis cultorĺbus vrbes:
Iura forí clamoſa tacent: per cõpita ſurgit
Gramen: & extínctís non lucent ígnibus arę:
Nec ſolítos cantus nec odores templa ſabęos
Acciplũt. ſqualẽtq; domus: muta omía merẽt.
Quí ſuperãt cladi: ſuperũ quíbus íra pepercit
Coguntur miſeri ſua dulcía límina cíues
Línquere: & ín mediis tentoría fígere Cãpís.
Sícut per líbycos ſolet armentarius agros
Ferre larem: ſecũq; ſuos vectare penates.
Vídí ego per tacítos ſaltus: & ínhoſpita luſtra
Mole ſub exeſa ſilícís curuoq; ſub antro
Monticolas habítare víros: & gramine paſcí.
O ſuperí loca qui tuti ſecura tenetís
Si ſcelere offenſí noſtro tam díra mouetís
Prędia ſat veteres tam multo funere culpas
Sat longo luímuſq; męru: iam parcíte: ſaltem
Relíquías generís ſemẽq; relinquíte noſtrí.
Non animí tantũ gentís cecídere latínę

Cum romana ferox circũ capitolia gallus
Barbaricis trepidam pulsans clamoribus arcẽ
Diceret euersę fruſtra ſuccurritis vrbi
Romulidæ: regni & vitæ poſtrema dies hæc.
Vel poſt cãnenſis lachrymas & funera pugnæ
Quãdo quirinales aquilas faceſqꝫ ſuperbos
Adtyrias iam ſe laturũ crederet arces
Annibal inſultans victo inueniliter hoſti.
Et mox exalto bellorũ culmine pulſus
Languit aduerſis fatis & Marte ſiniſtro.
Non tanto tremuere metu pręcordia graium
Xerxis in aduẽtu: monuit cũ delphica rupes
Non muro nõ arce dari, ſed naue, ſalutem.
Non ita moſeę quondã miracula virgæ
Horruit attonito memphis turrita colono.
Ipſe quoqꝫ in ſyluis & vallibus apęnini
Exilem ducens tecto ſub paupere vitam
Delitui qua templa petit romana viator.
Et qua flaminio fugiens Claterna per agros
Ducit ab anguſtiis vndoſum vallibus annẽ
Arce ſub Ociami noſtris vbi dicta camęnis
Tecta Refrigerius ſublimi in colle tenebat.
Non fuit auſa magis nęc clade nocentior iſta

Romuleam peſtis longo quæ funere plæbem
Diripuit quan do veniens Epidaurius anguis
Ionios citra fluctus in regna quirini
Abſtulit aeriũ virus: qui poſt ea templa
Iuncta ioui tenuit: biſidũ qua diuidit amnem
Inſula ianiculũ dirimens a collibus vrbis.

Communes Calamitatum cauſę.

ſ Eu ſuperiũ ſic ira velit: ſeu noxius ardor
Aetheris aerios infuſo lumine tractus
Inficiat: ſeu ſola ferant contagia morbum:
Seu dũ longa fames hominũ ieiuna coegit:
Ora cibis veſci indignis. eſcaq; nocenti:
Impurus per membra fluens vitalia ſanguis
Putruit. & dirum ſubiens pręcordia virus
Inferat occulto properatam vulnere mortem
Vnde malũ ſurgat non eſt dignoſcere prõptũ.
Ipſe tamen reor has omnis cõcurrere cauſas:
Et cõiuratas percuſſo fędere diuum;
Aſtrorũ terręq; ſimul cõcurrere vires:
Sicq; hoim genus haud vna obſidione teneri:
Et nobis elementa necem ſuperoſq; minari.
Nec mirũ quãdo longe grauiora meremur
Supplicia. & longe aſperiori verbere cędi.

Quippe vbi nec ſuperȝ pietas vbi nulla tonā-
A ſcelere hūanas ꝓhibet reuerētia mētes (tis
Et virtus vicio vrgenti dare terga coacta eſt:
Ira patris diuū fremit indignata furenſq;
Euocat ex altis erebi fornacibus atram
Progeniem: horriferę genus īplacabile mortis
Et terras ꝓmittit agi phlegethōtis habenis:
Plutoníſq; premi imperio, de triſtibus orci
Sedib⁹ egreſſa ęthereas noua mōſtra ſub au-
Inuadūt hoīm cætus: & inertia flatu (ras
Pectora lętifero feriunt: ít frigida tabes
Ad viuū penetrans aīos: perq; intima corda
Imbibitū virus poſtq; concluſerit omnis
Ad virtutē aditus hoīes impellit & vrget!
Quo ſtygie iuſſere canes quo ditis auari
Spíritus inclinat: primi qua criminis auctor
Monſtrat iter latū: Placidaq; tyrānide regnat.
Hic iuuat immanes erebi mōſtrare figuras:
Tartareūq; genus ſub apertū ducere cęli
Lumen & occulti reſerare latentia mundi
Monſtra venenoſo pauit quę lacte megęra:
Cerbereiq; canis ſpumis & ſanguine lernę.
Me precor aſſuetū mires errare per vmbras.

Grynei memoris veſtríſq; ſonantia rura
Cantibus & greſſus mõ p fera monſtra ferẽtẽ
Intactum ſeruate deę: furiale per agmen
Eſt pio vati comites: morẽſq; docete
Infandos ſtygię gentis cælũq; peroſæ.
Iam mugire ſolũ cępit: iam nubibus aer
Pallet: & infernis ſurgunt afflatibus vmbræ:
Nígreſcítq; polus: monſtris exterrita lãpas
Fert rẽtro phębæa gradus: auditur ab antris
Clamor: & omnigenũ rabies confuſa ferarũ.
Mõſtrũ primũ: Superbia.
e Volat horríſono rapídí phlegethõtís ab
Ingẽtí alaꝛ ſtrídẽte ſupbia ductu; (ãne
Sícíllam díxere ſuper quía cætera ſeſe
Tollít: & extento ſocías ſupereminet ore
Omnía cõuoluens: cæca de ſede baratrí
Crímina nígrantem poſt ſe trahít oĩa põpam.
Huíus ab ardenti víroſus anhelítus ore
Fumat: & obſcurís oriens a faucíbus humor
Defluit hippomanem aconyta caniſq; vírentẽ
Tenarii ſpumam ſuperans oẽmq; veneni
Mortiferam rabiem: ſtygii fex ima profundi.
Seſuperũ genus eſſe putat: veterũq; deorum

Semen: & a magno se iactat apolíne natam.
Ardua frons: vnoq; oculo stellata rotondí
Circuítus: medioq; sedens in luminis orbe
Díscedit spaciis equalibus vndíq; centrum
Hoc insigne patris phębiq; ardentis imago:
Difficili vultu graditur: gestuq; maligno
Innocuos miteſq; animos irridet. & odit
Quem videt æterni s illustrem laudibus altũ
Per virtutis iterveri conscendere honoris
Culmen: & ad superos niti cęloq; ppinquum.
It grauis & raro incessu vestigia profert
Strimonię de more gruis: quę semina campis
Iacta legens equæ tępido sub sidere libræ;
Si vicina ferat gressum per rura viator
Tela ferẽs arcum ue manu caput ardua tollẽs
Clangit: & ingenti mouet internodia passu:
Paulatimq; viam suspenso gutture carpit.
Cum bellator equus domini frenat⁹ habenis
Ostentans pectus latum ceruice sub alta.
Cum glomerat bibilo lẽtos ipuluere gressus.
Nunc hac nũc illac oculos & colla retorquens
Spectari gaudet: libycosq; equare leones:
Viribus albanosue canes dũ se putat auras

Colligit:& latis imitatur naribus eurum:
Non secus hęc rabięs ventoso inflatior vtre:
Cum gradítur víbrans alternis motíbꝰ armos.
Ardua sublatę circũfert lumina frontis:
Vanaqꝫ proceri miratur corporis vmbram:
Et tacitis ardens curis sublimia semper
Mẽte agitat:tũídoqꝫ sedet sub corde venenũ.
Contemptrix inopũ:vultus elata seueros:
Inflatoqꝫ rotans turgentia gutture verba:
Ferre nequit iuga:maiorẽ indignata paremqꝫ
Imperia vsurpat:regniqꝫ líbídine feruet.
Immansueta:ferox:míseris:aduersa: minaxqꝫ
Mitibus:elatís contraría:nescia pacis:
Nescia amicicię:rixarum & litis origo:
Dura:iugrata:duplex aĩo:violenta:rebellis.
Improba:quíd pietas quid sit clemẽtia nescit.
Perfida fędífragam dubio sub pectore mentẽ
Versat:ab excelso fugientia culmine semper
Saxa mouet:laudũ semper vesana líbído.
Sollícitum pectus curís flãmãtibus vrget:
Nec vítę ratío nec opũ nec honoris:in omne
Sponte scelus preceps ruit ĩplacabíle mõstrũ.
Hęc hoim suprema lues:immane ferumqꝫ

Thraicio facinus potuit ſuadere tyranno:
Aſper vt horrenda cumulans preſepia cęde
Semineces artus hoim fumantiaq; exta
Intulerit ſtabulis: & equis epulanda virorum
Corpora quę ifami hoſpitio laribuſq; pphanis
Occultus pacē ſimulans admiſerat hoſtis.
O ſcelus: o dira inuiſæ ſpectacula fraudis:
Luminibus toruis quotiēs capita alta leuabāt
Thraces equi grandes humano ſanguine paſti
Et capita & teretes pendere extra ora lacertos
Cruraue confractis genibus criniſue cruētos
Vidiſſes ſaniæ a mento per lata fluente
Pectora: ſub grauibus cōtrita cadauera malis
Fractaq; ſub duris crepitabāt dentibus oſſa.
Strimonius meminit Neſt⁹: ſcit biſtonis vnda.
Traxit Idumei gen⁹ hinc vecordia regis
Quē magus ardentis cæli noua ſigna ſecutus
Admonuit veniſſe deū niſi cæca ſuperbi
Pectoris ambitio mētē feciſſet opacam
Iſſet ad infantis ſancta incunabula chriſti
Depoſito faſtu: ſed mens inflata fauore
Cæſareæ gentis longoq; tyrannidis vſu
Eſt ingens meditata nefas: nec priſca parētū

Sęcula par videre ſcelus: nec longa videbit
Poſteritas. per rura furens galilæa ſatelles
De trepidis matrũ ſiníbus lactentia vulſit
Pignora: mẽbratímq; ſecans lata arua cruore
Imbuit innocuo: matres vlulare per agros
Audiuit mõtana Rachel: vícínaq; fonte
Flumina de duplicí ducentia nomẽ & vndas:
Hínc eſt orta lues: quę thracía regna vetuſq;
Greco'rũ imperíũ vertit: Bízantía regum
Vrbs opib⁹ cõſtructa: marí prętẽta: duob⁹
Aegeo Euxínoq; fretis ſtipata ſedebat
Sceptra tenẽs: puoq; q̃ gurgite boſphoros vn-
Colligit: hãc ſcytica irrũpẽs Otoman⁹ ab ar(dã
Inſidiís captam ferro violauit & ígní: (cto
Arx erat Europes: & inexpugnabile quondã
Romanę fídei vallũ Machometía contra
Arma: mínas aſíę frenans líbyeq; tumultum.
Hæc ſcelerũ dux atq; parẽs ſublime nitentis
Imperiũ cęlí ſummãq; ambire tonantis
Auſa poteſtatẽ: quantũ tentauit in altum
Surgere tenarios tantũ deſcẽdit ad amnes:
Cuius ob ingentẽ tellus concuſſa ruinam
Cęſſit: vt in latices C autem ſi miſeris altum

Pandit iter: nolemq; sinu capit vnda capaci.
Sic percussa grauis mõstri se ponderet tellus
Dissecuit: gremiũq; alto patefecit hiatu.
Sicut adrasteis cũ vatẽ absorbuit agris
Campus: & armato percussit tartara curru
Seu quãdo inferni caua guttura Curtius ãtrỹ
Clausit: & elysios tremefecit põdere campos:
Vel quando electę primo sub iudice gentis
Terra Corem socioscq; altam demersit in aluũ.
Antra igitur grandi laterũ sinuata recessu
Inter se ripis summo coeuntibus ore
More pilę quotiens vento consurgit in orbem
In latos abeunt curuati fornicis arcus:
Fitq; ingens dom⁹ ãbrarũ pręcepsq; baratrũ.
Illic sulfureos incendia nigra liquores
Lãbũt & dubiũ quasi prima crepuscula lumẽ
Spargitur: & tristi calligant tartara fumo.
Hic sunt lugentes mortis dom⁹ impia campi
Regnat vbi scelęq; lachrymoso ĩ carcere mater
Exercens pęnis animas claudiq; tenebris
Indignata fremit clauso ceu nubilia vento
Cum piceas frangũt clamosa tonitrua nubes.
Hec est quã veteres dicũt phęthonta poetę

Aethereos docti cursus causasq; latentes
Ignibus ęternis: sol est qui corda superbis
Incendit stimulis: tumidosq; in pectora fastus
Mittit: & impatiens figit sub corde venenũ:
Propterea exalto labentẽ cardine fingunt
Audacẽ aurigã: fractisq; per aera loris
Solis equos caput Eridani mersisse sub vndas.
Ad superos exit quot iens pater arduus alto
Annuit a solio: & latum imperiosa per orbem
Bacchatur: supraq; suas temeraria vires
Audet: & infausto amittit conamine vires:
Scilicet omne deo contranitente superbum
Euanescit opus: sicut cũ surgit in auras
Eructantis aquæ fluctus: mox vertice presso
Decidit: & spumãs alto demergitur amne:
Atq; humiles iter sine nomine pręterit vndas.
Hoc docet allophylus: solyme: qverbere fũdę
Deposuit frontisq; minas animiq; tumorem:
Ibat enĩ solo auxilio toracis & hastę
Non ope diuorum nõ vllo numine fultus
In pugnam: paruũq; minax Dauida superbo
Nequicq̃ terrere sono conatus in ensem
Dum surgit misso per ferrea tempora saxo

Corruit: & toto diffusum iugere corpus
Mirati stupuere hostes: turpiq; dedere
Terga fugę: paruoq; gigas cadit ict⁹ ab hoste.
Sic quoq; de lusus curru Iouis ęmulus alto
Aera conuexi scandens curua amina pontis
Flāmiferūq; rotans alphæa per oppida fulmē
Occidi: & casu Eleam perterruit vrbem:
Hęc docuit Phlegyas genus execrabile cęlū
Spernere: quos tethys vltricib⁹ abstulit vndis.
Hęc quoq; niliaco regi cū nescia roris
Terra diu solitas fruges victūq; negasse t
Sanguine persuasit placari numina fuso.
In superos eadē natos armauit Aloei
Qui domitū grauib⁹ Martē tenuere cathenis.
Sit satis hæc libasse: aliis memoranda supsūt
Plurima maiori scelerū de principe cantu:
Audiui: gemuit tellus turbatur auerni
Ianitor: ecce niger nebulę globus exit opacæ.
Iam turres regūq; domos abscondit & vrbes:
Exhalatq; graue nox importuna mephitim.
Ite procul mites animę: quę dulcia pacis
Ocia: quę superos: quæ cęli quæritis arcem:
Ne funestus odor: ne vos contagia lędant

Vipereę prolis: clauſis abſcondite valuis
Atria: progenies nigri dū pręterit orci
Monſtrum ſecūdū Inuidia.
Iuor edax triſti ſurgēs Acherōtis ab āne
Pallidus: & męſto demiſſus lumia vultu:
Obliquūq; tuens: rebus gaudere ſecundis
Neſcius: ęravirū claris ſignata triūphis
Dente terens tardoq; mouens veſtigia paſſu:
Murmure nūc tenui nūc fulmine vocis aperto
Percutit inſontes: bona vultu aliena maligno
Ingemit: aſpiciens: & felle grauatus amaro
Tabeſcit: quocūq; ierit teterrimus oris
Spiritus: agrorū virides interficit herbas.
Cętera nōnullis parcunt: certiſq; venena
Graminibus: magicaq; ſolent miteſcere līgua.
Pōtica magnanimū celebrāt medicamia regē:
Quę fatis obſtare ferūt: his ille ſolebat
Virus & occultę inſidias cōtemnere mortis.
Tangerę cęruleī ſquamas & colla draconis
Phaſias auſa fuit: tantū Medeides herbę
Virgineęq; p̄ces poterāt: Hecateſq; liquores.
Marſus in auſoniis Vmbrorū vallibus inter
Serpentes impune cubat: libyęq; per agros

Qua ſteríles verſãt nigrí garamãtes harenas
Non metuũt pſilli colubres: nõ ſęua neparũ
Spícula: nõ hydri morſum: nõ aſpídis horrẽt.
Hęc fera lérneo rabies maculata veneno
Omnia depaſcit. nullis innoxſa nullos
Præterit ílleſos: nullí manſueſcit: in omnes
Inuehítur: quod agit nõ eſt ſanabile vulnus.
Non Amythaonii prodeſſe Melãpodís vlla
Carmína: theſſalícis non lectæ ĩ mõtibꝰ herbę
Phíllyrídę mauibus: nõ Coi ſancta magiſtri
Pharmaca ſufficiãt: clarę ve Machaonís artes:
Non genitor ſtygíis lacerũ qui traxit ab vndís
Híppolytũ: nõ phębꝰ auus: cui prĩa medẽdi ẽ
Gloría: lętalí poterũt ſuccurrere morbo:
Quẽ iuuat iſtius varías cognoſcere fraudes
Et per aperta latẽs deprehẽdere ſigna venenũ
Multíplíces caſus & longa perícula cernat
Fatidící iuuenís: qui dũ pręſaga parentí
Somnia narraret fratrũ liuore ſub altam
Actus humũ pharías tandẽ migrauit ad arces
Huius vt infectos genitor cognouit amictus
Et pueri tunicas mendací cędę rubentes
Heu fera clamauit dulcẽ ſęuiſſima natum

Abstulit: & luctu canos confecit amaro.
Aspice coutorto Saulis conuicia relo
Inuidiaq; satos inter cõuiuia plantus:
Et dauida inopem comitum cũ paupere turba
Ire per obruptos deserta cacumina montes
Et certam nescire domũ: regemq; sub antro
Deprehensum: potuit seruo mitescere: si nũ
Intima tabificus vicias set pectora liuor.
Quid referã primos discordia semia fratres?
Et scelꝰ? & cãpos germana cæde madentes?
Prętereo vatem: nigri quem spiritus orci
Perculit & tristi clausit babilonia circo.
Ipse diu ieiunia iacens ante ora ferarum
Atq; famescentes animalia sæua lęenas
Indomitum fregit superum pietate furorem.
Prętereo pulsum patria reducemq; camillum
Rapta panõpheo referentẽ signa tonanti.
Quis furor ingratos dux prestantissime ciues
Scypio! quę fortuna tuam tulit aspera mentẽ?
Vt post euersas tyriæ carthaginis arces
Partaq; bellãdo libycæ cognomina gentis
Cum tua cõsiliis esset melioribus ætas
Vtilis & vires ad ciuica munera promptę

Iura fori & ciues & amatam liqueris vrbem!
Num monuit pietas virides seruata per ānos
Publica priuatis preferre negocia rebus?
Causa mali liuor: suffusaq; lingua veneno
Tot clara inuictę molita extinguere laudis
Facta tot egregia partos virtute triūphos.
Qui rigidos enses: qui ferrea bella subegit
Exul ob inuidiā patria migrare relicta
Cogitur: & duros interuersatur agrestes.
Ad Cereris cōuersus opus moresq; parentū
Qui pelusiacę seruant cognomina lentis:
Et quibus illustrem fecere legumina famam:
Triptolemi curauit opes imitatus Osiris
Alcinoi sq; senis studiū ceu post ea magnus
Cęsaris & sceptri posito splendore Diocles:
Hortorū didicit cultus. incidere vites:
Atq; piri secto malos infigere trunco
Quo fit adoptatis lignū bis fertile ramis.
Humectare solum riuis: ferroq; bicorni
Pectere luxuriem rerrę: redolentia sulcis
Gramina virgineos induta rosaria vultus
Lilia: narcissos: violas. flentes hiacynthos.
Purpureisq; crocū folijs. mēthāq;. thymū q;

Pangere & innocuis vitam traducere curis.
Vnde viro forti damnū parat: inde salutem
Gignit: & ipse suo cadit ictus vulnere liuor:
Pluribus exelsa vel opum vel honoris ab arce
Profuit ad modicę sortis cecidisse quietem:
Sicut enī quādo rutilat noctemqȝ rubenti
Ore fugat carbo in cineres atramqȝ fauillam
Soluitur: extinctis si cesserit ignibus ardor
Sęcula nulla timet: sic mens humana superbo
Tabescit fastu: rebusqȝ elata secundis
Torpet at ex secto viret euigilatqȝ tumore.
Inceptum repetam⁹ inter: meremur auerni
Militiam famis & morbi pugnęqȝ parentem:
Zoilus his actus stimulis hoc percitus ęstro
Inachis & quōdam populos cūvenit ad hosdē
Diuinū audaci dū carperet ore poetam
Seu smyrnæ seu Meonij Colophonis alūnum
Regis ad imperiū pino suspensus ab alta
Tristia niliacę fecit spectacula plæbi.
Sic pereat: quicūqȝ pios auferre labores
Nititur: & sacro vatū non parcit honori.
Cętera dicturū super his crudelis imago
Terruit immanis mōstri venientis ad auras

Impete cũ magno: fusis per terga colubris
Circũ eqrãt doiminã furię: maibusqꝫ flagella:
Vincula. flãmiuomasqꝫ faces. & sanguine tincta
Tela ferũt: vehit plaustro stridẽte suppellex
Martia: loricę clipei. galeęqꝫ micantes:
Conorũqꝫ iubę: strepitusqꝫ auditur equorum:
Et procul himitu campus sonat omnis acuto.

Monstrum tertium Ira.

i Ra minax: odiisqꝫ parẽs: mauortis alũna:
Secũ agit idomitũ stygia de sede furorẽ
Strentorea qui voce tonat: qui gutture lato
Fulminat: & rauco resonãs clamore fugacem
Pantagiam superat: mugire tonitrua dicas:
Horrificaqꝫ fremens ęratas voce cohortes
In rigidos enses alternaqꝫ vulnera mittit.
Sanguinolenta graui vibrans hastilia ferro
Bella ciet: rixasqꝫ mouens: hostemqꝫ lacessens
Labra manusqꝫ tremit: scintillant lumia toruis
Fulta superciliis. strepit & cõuitia iactans
Bacchatur. si forte aliquo nequit obiice pęnas
Sumere: vindictas in idonea tempora differt:
Firꝫ odiũ: quod longa fouens incendia pectꝰ
Vrit: & accensis lambit pręcordia flammis:

Nil pẽſi nil mentis habet: cito mobilis: expers
Conſilii: volat in pugnã: retinacula rumpit.
Lege modoq; carens: rabido ſtimulata calore
Nonignes non arma timet: flammãtia tantos
Pectora cõcipiũt accenſi ſanguinis eſtus:
Quo ferat immanis furor & grauis impetꝰ ire:
Fabula teſtiadæ priſcis monet eruta chartis.
Cum ferus Oenides aprũ Calidonia rura:
Vaſtabat premeret: pcerũ ſocialibus armis
Auxiliiſq; canũ: ſpumanti concitus ira
Fulmineoq; fremẽs aethola per agmina dẽte
Irrumpebat aper: non illũ denſu virorum
Turma: nec hinnitus celeꝛ tremefecit equoꝛ.
Strenuus arrectis hirſuto tergore ſetis
Flammiferis oculis ſyluas & retia rũpens:
Qua furor vrgebat rapido p ſpicula curſu
Perq; canũ rictus venabulaq; ipſa ruebat.
Non ſecus hęc rabies ardenti percita bile:
Luminibus cęcis per aperta pericula fertur.
Eelſineos totiens ciues in dira coegit
Excidia: & furiis trepidã inuoluẽtibꝰ vrbem
In ferrũ ruere: atq; ſecuribux ardua tecta
Detrahere & patrios flãmis violare penates

Compulit: antiquoſq; patrum delere labores.
Sed poſtq̃ domitis ſcelerũ ceruicibus auctor
Occidit: & rutilos Serrę concordia dentes
Signa tulit primis populus cũ patribus alte
De fixis vrbana quies radicibus heſit:
Atq; gradu ſemper manſit reſpublica firmo.
Hęc eadẽ rabidũ couulſo pectore ſyllam
Ora cruentatũ furibũda animãq; vomẽtem
Sacrilegã celeri rapuit ſub tartara fato.
Viſcera natorũ manibus lanianda paternis
Prebuit Alcides: quom luſus imagine falſa
Sanguine fędauit lęta dulciq; fruentem
Pace domũ: fuit ira virũ quę luſit imago.
Ira draconigenas acies cadmiq; nepotes:
Fraternaſq; manus alterna cęde rubẽtes
Implicuit longis bellorum ambagibus: ira
Diruit excelſas vrbes: atq; inclyta quondã
Oppida: regaleſq; domos euertit ab actis
Ciuibus: aerias turres deiecit: & arcus
Clara triũphales veterũ monumenta laborũ.
His accenſa focis italos pulcherrima regna
Et magni ſpecimẽ mundi vexare coacta eſt
Barbara ſęuicies & inhumani fera vulgi

Colluuies:Romã índicío eſt. Syllanacꝫ tuſcis
Vrbs díuíſavadís:necnon regina caputcꝫ
Hetruſcę quondã modo ſola Bononia gentís.
Et vetus aprico recubans in culmine Derton
Cuius adhuc extant vacuis veſtigía campís:
Semirutę moles:lapidũ fractęcꝫ columnę.
Vĩcula:ſingultꝰ:lachrymas:ſuſpiría: plãctus:
Pallorem:vígileſcꝫ metus:tormẽta: cruceſcꝫ:
Verbera:peſtífero rorantía tela veneno
Protulít:atcꝫ feris hoĩm crudelíbus artus
Obiectans:variís impleuit cladíbus orbem.
Hínc multę exílío gentes alíena ſequutæ
Regna ſuís orbę patríis:ſic fílía quondam
Tireſię. gemíní Manto poſt dura Creontís
Seruícia ín Venetís molíta paludíbus vrbẽ
Víxít:& extructę ſua nomína tradídit arci.
Laumedontíadẽ teucrũ ſalamína petentem
Expulít íra patrís. Quíd te Neíphylas. Helle
Quíd pfugũ mẽorẽ phrixũ ſęuũcꝫ athamãta!
Atcꝫ nouercales furías odíũcꝫ mínaxcꝫ!
Adde Míceneũ pęnas & funera regem
Matrí intentantẽ:męſtaſcꝫ agamẽnonís ędes:
Atcꝫ ſophocleo celebratos carmine planctus:

Adde phryges geminos Ante nora fluctíua=
Aeneã ignotũ decorãtes mẹnib⁹ orbem. (gũqꝫ
Hos alioſqꝫ irę patriis a finibus actos
Longa per exilía & caſus míſere ſiníſtros:
Hac rabie ſuccenſa feram priemeía cõiunx
Induit: & duplicí creuerũt aggere dentes:
Longaqꝫ ſub geminis ſurgentia naribus ora.
Succenſi manſere oculí: & truculenta mínaci
Fronte ſuperſílía: & latrans in pectore virus.
Quid memorem ſęuę furias odiũqꝫ parentis
Quę míſeros natí flammís fatalibus artus
Vltra necẽ fratrũ: & matrẽ ſe oblíta cremauit.
Víx ea finierã cum formídabilís ire
Caſtra ſequẽs aderat ſtygíis noua belua ſigníf
Ingenti comitata manu: mendacía tectis
Vultíb⁹ & trepídę dubía ſub ímagine fraudes
Ignotíſqꝫ dolí ſub veſtibus agmen agebant:
In medío ſtípata graui regína tumultu
Tollebat nígra vmbroſam fulligine frontem.
Quartum monſtrum Philargyría.
a Vrí ſacra fames hęc eſt: rerũqꝫ cupído
Improba: díuítías amor ínfinit⁹ habẽdí
Hęc numíní ſitís ardeſcẽs ímmenſa vorago

Tartareis emiſſa vadis imitata rapaces
Vnguibus harpyas armataq; grādibus ora
Dentibus in gyrū quales quantoſq; Elephāti
Aethiopes Indiue ferunt: ſinuatur in orbes:
Et nodos in ſe rediens coma denſa figurat
Tēpora nec velat ſed agit ſuſpenſa tumorem
Vndiq; ſurgentē nudaq; recedit ab aure.
Nec ſolū vigiles obeūt hirſuta rotondo
Tempora circuitu verū ſub vertice cano
In ceruice micant oculi ceu florea ſerta.
Effigies veteri vultuſq; ſimillimus argo:
Sed magis introrſum ſcrobib⁹ ſubducta cauae
Lumīa diſcedūt: ſetoſaq; ꝓminet atri (tis
Sylua ſuperſilij: macies ſqualorq; per omne
Corpus: iners dicas mōſtrū: & vix oſſib⁹ hęrēſ.
Sed geminis quotiens opus eſt ita nititur alis,
Vt credas ferri boream Zephyrūue per auras
Pręcipitem ve Notum: lucri ſi nuncia fama
Surgat: vt acceptus nares odor imbuit auri
Eleuat ingentes alas & lumine fixo
Viſa petēs quicqd falcatis vnguibus aufert:
Stulta ſuos nūquā venturū ſeruat in vſus.
Sacra. deū. ſanctas. leges. pręclaraq; geſta:

Scriptores rerũ egregios.celebresq; poetas:
Qui proceꝛ laudes chartis & nomina mãdãt:
Et quicqd nõ auget opes aduersa repellit.
Sola iuuant quę lucra ferũt:sint cętera quanq;
Laudibus & precio digniſſima cętera ſordent.
Sicut hyperboreis rutilans in vallibus aurum
Gyphes amãt:auidiq; tenent: vigilesq; tuent
Vnde nec vtilitas operę preciũue laboris
Sed metus & clades oritur: ſic pectus anhelũ
Peruigilis monſtri grauiore cupidinis ęſtu
Feruet opes cumulãs:quas olim ꝑdigꝰ hęres
Diſſipet:& pingues ferat in cõuiuia menſas.
Pala ſinu lato ex humeris decurrit in imos
Lapſa pedes:manicę velãt extrema capaces
Brachia:quas vbi vult curuos demitit in vnꝰ
Vtit his quotiẽs opꝰ ẽ vel fingere mores (gue.
Vel geſtu ſimulare fidem vel fallere quẽq;
Seu furtum celdre:manꝰ leuis : apta rapinæ.
Perfida mẽs:nulliſq; potẽs mãſueſcere dictis.
Indignas dignaſq; ꝑces ſurda accipit aure.
Vt proiecta bouis detracto grandia tergo
Viſcera percipiens oculis vel nare ſagaci
Vultur edax auido coruus ve famelicus ore

Couuolat ad reſoluta graui conuiuia tabe:
Sic ad opes aurũq; cito ſitis iſta volatu
Fertur: & ad nudũ ſpolians fragmẽta breueſq;
Relliquias ſtudioſa legit: gremioq; recondit.
Nec cõtenta bonis diuũ quę munere tellus
Protulit in partẽ ſceleꝝ vocat aſtra deoſq;
Exercetq; preces magicas: & conſulit aras:
Infernoſq; vocans manes altaria circum
Nocturnas adhibet veſtes: tetroq; vapore
Orgia perluſtrat: ducẽſq; in puluere circum
Murmurat: & variis diſtinguit ſigna figuris.
Extaq; tyrrheno ritu ſcrutata requirit
Theſauros quę terra tegit: liuentia plumbi
Pondera: & argenti globulos viuentis & æra
Artifici mẽdax vertit medicamine in aurũ.
Falſaq; cũ veris iungens cũ doride bacchũ
Cũ gemmis fragiles hyalos cũ palladis imbre
Miſcet Ariſtei ſuccos & cerea mella:
Mentituſq; nouas fuco errorẽ faciente
Confectis ſenio deludit mercibus omne
Turpiter emporiũ lucriq; libidine feruet:
Et totos hac arte dies cõſumit & annos.
Vtq; dies triſti ſic nox abit anxia monſtro:

Nullaq; pax vicio rodentibus intima curis
Pectora nulla quies: post turpia lucra diurnæ
Eraudis & exlegem quęstū; si lumina somnus
Occupat & duro furatur membra labori.
Pictus imaginibus formisq; fugacibus astat
Morpheus; & variis fingit noua vultibus ora.
Vanaq; sopitos ludūt insomnia sensus:
Nam rerū tenues vmbras simulacraq; seruans
Lubricus assiduis vt fluxibus ambulat humor
Et nūc sūma petens reptat nūc ima relapsus
Antra cauernosi capitis regat: itq; reditq;.
Nunc iter obliquū sinuans: nūc tramite recto
Fertur: & ipse sibi redit obuius: aut agit arcum
In dextram leuamue cadens vt pellit & vrget:
Fumus & ingressi caua spiramēta vapores:
Sic rerū species variis concursibus: vt sors
Obtulit aut vsus vel vis incognita cęli
Spirituūue potens industria nocte silenti
Diuerso ostentant diuersos ordine casus.
Ceu varias voces diuersaq; nomina rerum
Si nouus inuersis surgat compagibus ordo
Difformes eadē faciūt elementa figuras:
Hęc duo Roma notis & amor cōpōim⁹ hisdē.

Tramite conuerſo & retro redeunte meatu.
Quę ſimul achra magis vigilās exercet in vnū
Nocte reuertūtur: veriſq; ſimillima formant:
Oſtentatur opes cupido quia tempore lucis
Cogit opū ſpecies: & iter quod luce frequētāt
In tenebris repetūt & noto calle recurrunt.
Cæcaq; pręteritas imitantur ſomnia curas.
Quom tacitis ergo rediit nox humida pennis
Atq; ſoporiferos niueis argentea bigis
Luna vehit radios: ſomnus per rura p vrbes
Spargit lętheo medicata papauera rore:
Et vigiles abigit ſecreta incendia curas.
Pulſę abeūt celeres ad triſtia limina ditis:
Atq; leues hęrent ſub opace frondibus v lmi:
Vlmus enī diffuſa comas & brachia late
Surgit ibi a validis radicibus: illius ergo
Muta ſub vmbroſis habitāt quę ſomnia ramis:
In thalamos hoīm & tenebroſa cubilia ducūt:
Dantq; ſuos illis vultus vocēq; habitūq;:
Illa per obſcuros capitū delapſa meatus
Ah vigilē ſubeunt animū: caſuſq; figuris
Mobilibus formāt: ſopitaq; corda iacentum
Sollicitant: nec vana minus q̄ vera fatigant:

Interea circũ vittus & anhela frequentes
Ora volant cure: moxq; vt sopor euolat intrãt
Mordacioq; secant iterũ precordia rostro.
Hęc est quę ticiũ volucris ferit ore cruento
Aeternę natũ pęnę ęternoq; dolori.
Mõstrũ igitur si quãdo quies blãda ita soporem
Reddidit aut auro insudat: sublata ue furto
Semina frugiferę Cereris: vel ĩania plangit
Horrea: vel dura decussos grandine fructus:
Effusamue fretis mercẽ deprehẽsaue furta:
Atq; iterũ tractat sub nocte negocia lucis:
Totaq; sub curis itvita simillima morti.
Hęc aim turpi maculans & corpora labe
Quęrere cęlesti preciũ pro munere iussit
Vanaq; composito mendacia fingere vultu
Quãdo grauẽ sacro morbũ Naamanus ĩ ãne
Abluit & puerũ spoliis onerauit & auro.
Hęc eadẽ scelerũ genitrix fraudũq; magistra
Reginam libycis posuitq; in collibus vrbem
Aere viro. patriã spolians. peregrinaq; circum
Aequora: per rapidas syrtes. p barbara pellẽs
Regna diu profugã terris iactauit & vnda.
Hęc priami natũ: cui longa pepercerat ira

Martis & a patria procul obsidione latentem
Thraicio iuuenē innocuū mucrone peremit.
Ah scelus ah dirū facinus multoq; piandū
Sanguine primæuę imberbē sub flore iuuentę
Ignarūq; doli puerū nil tale verentem
Perfidus obtruncat: placidū rosei decus oris
Et regale caput simplex sine crimine pectus
Et natas ad sceptra manus veniamq; precātes
Vulnerat immitis repetito sępuis ictu.
Prętereo concisa sui qui corpora nati
Diis epulāda dedit: quiq; auro vē didit vrbē:
Quisq; suū superans hostē superatus ab auro
Exanimū phrygio versatū puluere corpus
Misit ad extremos ignes patriūq; sepulchrū.
Nō prece nō lachrymis motꝰ nō voce paterna
Nec misero casu queruli senis: immemor ois
Iustície sola placatus munere tandem
Hectora restituit priamo: sua pignora patri
Quiq; per vndosū dulces ne perderet ęquor
Diuitias retro conuersa naue per vndas
Ad patriā & sęuos rediit nō inscius hostes.
Quiq; deū manibus rapiens pendentia dona
Sacrilegens superū vanos irrisit honores.

Et qui ſurripiens auri duo milia pondo
Et lateres fuluos: fucata ſubintulit ęra.
Vt genus effrenũ Naſamon ꝙ verſus ī auſtros
Incolit iſiaco contermina rura canopo:
Naufragiis victum quęrens gaudere procelliſ
Turbinibuſq; ſolet fuſaſq; ꝑ ęquora merces
Colligit: & nautas ad punica littora pulſos
Auxiliũ ſimulans violat. Sic improbus auri
Raptor in aduerſis quẽq; ſi viderit angi.
Caſibus exultat: fictoq; aſtutior ore
Dum ꝓmittit opem ſpoliat, ꝑdamq; reportãs
Celat: & exuuias occulto congerit antro:
Hęc quoq; venalem (tanti qs crederet orcũ?)
Eſſe deũ fecit: Semen cęleſte piando
Progenitũ ſceleri, diuinę mentis alũnum.
Virgineoq; alitũ gremio: crimenq; volentem
Soluere & antiquo contractã fomite labem.
Dira fames auri culpę regina parenſq;
Perdidit. indigno ſignatũ verbere corpus:
Cõfixũ caput: & duplici manantia rore
Pectora: pallentesq; genas: frontemq; cadẽtẽ
Ingratę moriens plębi mõſtrabat ab alta
Arbore: purpureũ terra abſorbente cruorem.

Hęc opera: hi fructꝰ hęc gaudia mētis auarę.
Hic memor antiqui sceleris dū tristia flerē
Funera virgineę prolis: largoq; maderent
Imbre genę vidi ex alto telluris hiatu
Deformē prodire chorū: Sartagine lata
Signifer armatus vestigia lentus agebat:
Quem confusa cohors cultris armisq; popinę
Pressa sequebatur: patinas vnctosq; lebetes
Visceraq; oblōgis verubus confossa gerebat:
His comes in bellū turmis veniebat inerti
Turba canū gressu: quorū cutis aspera multā
Fluxerat in scabiem: sanieq; fluentia linguis
Vlcera linguebant: & crebo ardentia morsu
Scalpebāt terga: & scabras prurigine clunes:

Quintum Monstrum Gastrimargia.

Oc quoq; cebereis mōstrū de faucibꝰ exit
Ridiculū: nā pigue caput: frōs pmiet alta
Labra. genas. oculosq; tumēs: sub gutture la-
Surgit: & inflatū tollit cutis vuida pectus. (to
Trita. breuis: maculata mero & pigue die vestis
Vix rhenes clunemq; tegit: ventrēq; profusū.
Raraq; collisis ęgre vestigia mutat
Poplitibus: curuis putruere sub vnguibꝰ escę

Ad lumbos: ad vtrũq; latus lachrymãtia circũ
Tuceta: & guttis ſuſpenſa fluentibus herent
Sumina: lapſus adeps iter & veſtigia ſignat.
Oenophoro leua armata ẽ. ab domie dextra.
Ante cibos quam preſſa graui ſub faſſe prioreſ
Concoxit naturas nouas ſuper ingerit offas.
Impatiens famis: eſcarũ infinita vorago
Pocula pr[illegible]ẽſa manu ſitis ĩplacabilis haurit:
Et crebro exhilarat bacchus conuiuia potu.
Garrula: lẽta. ſalax: petulãs. iprouida: turpis.
Immemor: ĩdocilis: leuis: ebria: delira ſomno
Semper olet: nareſq; graui cõtriſtat odore:
Talis erat multo ſpumans Silenus hiaccho
Quom capitis nutu in collum curuatus aſelli
Ceruicem ſuper atq; iubas ſtillante ſaliua
Riſus erat faunis nymphiſq; colẽtibus agros.
Concaua nõ tantũ maris abſorbere charybdis
Dicitur a Calabris quę diuidit arua pelori.
Quantũ hęc ingluuies vini demergit ĩ aluũ:
Hirſutam ſetis aluũ denſaq; comantem
Pube: per humentes it grex te terrim⁹ vmbras
Grex olim ſyllę infeſtus vatiq; tragędo:
Et pingui ſudore cutem depalſitur vdam:

Blandior ingreſſu primo ſemeleia proles
Incalet: atq; vias fumos exhalat in omnes
Concludítq; aditus: per quos a pectoris antro
Spiritus aſcendit curuas in verticis ędes:
Nā nebulę feruente mero per guttura pīgues
Attoniti capitis ſūmam voluūtur in arcem.
pugnaq; fit: validis alti mens incola tecti
Defenſura ſuū limen ſuccingitur armis.
Sed conata diu bacchantem extinguere fumū
Victa fugit: victor ſubiens pĕnetralia Bacchꝰ
Cui comes it ſopor & torto dementia greſſu
Percerebri humenteſq; ſinus animęq; ſacellū
Lętheo ſpargens hauſtos de flumine rores
Inducit ſomnos hebetes & morphea doctum
Fallere imaginibꝰ: nocturnaq; figere mōſtra:
pondere preſſa dei cōuiuent lumina crebris
Nutibus: & placide nequeūt obſiſtere nocti.
Lingua loquax prius & nullis obnoxia vīclis
Iam deluſa labat: verba imbecillia preſſo
Fine cadunt: blęſo ſonus euaneſcit ab ore:
Labentēq; pluit per mentū barba ſaliuam.
Qualis in ymbroſo Protheus mutabilis ātro
Preſſus Ariſteo iacuit qua Carpathus inter

Nílígenas clarãq; Rhodõ caput extulit vndíſ:
Qualis in occidua pugnax Anteus harena
Et ferus ęmonię victore ſub hercule taurus
Fuſus humi cubuit. Qualis minois in ęde
Seruiuiq; eructans ſpumantẽ ſanguine prędã
Cecropio: qualíſq; cauo ſub carcere plena
Cerberus ingenti diffundit víſcera campo:
Talis in immundo vinoſum belua corpus
Puluere díſtendit: tumidam' ſic explicat aluũ:
Aegraq; turbato ſíc deiicit ordine membra.
Nunc vẽtoſa tument: nũc contrahit ília flatus
Alterniſq; ſonat vocis vía murmure rauco:
Pectus & ora lauat tepido fumantia rore
Sudor: & vndantes currũt per tempora ríui:
Somniaq; occurrũt: pigues ſũt ſomia menſæ.
Atq; coro nati fuſo crateres hiaccho:
At celeres nũc labra bibũt nũc humida muſcę
Lũina nũc biſído rimantur tempora roſtro.
Dũ loquor & turpis moror ad ſpectacula mõ=
Ecce noue gẽtis ſonãs fragor ĩpulit aures: (ſtri
Et tellus noua caſtra vomens ingentia fudit
Agmina; q̃ cãpis ĩmiſſa patentibus omnes
Compleuere vías: & culta noualia; nec iam

Rus capit has acies: & nõ numerabile vulgus.
Vicinas intrare vrbes incendere templa.
Vísa cohors: & ferre nouas in mœnia flammas.
Sígna sequebantur mœrentes ordine turmæ
Compoſito: ſigna arcꝰ erãt: fax: tela: pharetrę:
Et q̃q̃ hęc eſſent hoſtília caſtra genuſq;
Peſtiferũ: ridere tamen facileſq; choreas
Ducere pmixtis lęta ad conuiuia turbis;
Suadẽbant: fieriq; leues cũ carmine ludos.
Dux erat his formoſa venus: ſuſpenſa cupído
Fílius haſtilí longo vexílla ferebat:
In gremio matris molliq; ín veſte volutus
Inſídias: iocus & varías excogitat artes:

Calamitatũ líber. íí. Sextũ Mõſtrũ Luxuria.

Aec fera cocyti de triſtibus
h enatat vndís
Ore nitens: animo macula
ta: ſímíllima ſorbo
Quod nítido triſtes claudẽs in cortice ſuccos
Decipit ignaros: morſuq; venenat amaro.
Illecebris & fraude potens aſtuq; doliſq;
Dimicat: & vultu pacem prætendit amico.
Hanc contra certare caue: cõtendere vinci eſt:

Vincere terga dare: & retrovestigia ferre:
Fulget in egregio decor insuperabilis ore:
Ornatuq; iuuat formā: ligat auricolorem
Luthea victa comā: molles q̄ fusa per armos
Leniter inflexos sensim finitur in orbes.
Candida frons lateq; patens ad tēpora currit.
Clara superciliis velantur lumina nigris.
Picta genas: pressi sub honestis naribus oris
Purpuereos coheūt imitantia labra colores:
Aurea procero teretiq; monilia collo
Pyrgotelis cælata manu: formatus in illis:
Qualis erat viuens pastor formosus Adonis
pendet: & intextis viridi curuamine ramis
Myrtus opus cingit: geminęq; in frōde colūbę
Mutua porrecto collibant oscula rostro.
Cum graditur tenui sūmū bulla aurea pectus
Verberat applausu: pstringit eburnea vestem
Fibula coccineā: textoq; subalbicat auro
Corpus: & exilii fila inter serica veste
Lacteus apparet mixtus cū sanguine candor
Qualis odoratis pesti quę nascitur hortis
Est rosa confusis rutilante coloribus albo:
Rara sinū chlamis: & visu penetrabilis ambit:

Albaq; ſub tenui cutis interlucet amictu.
Ingeminos orbes glomerata vtrinq; tumeſcũt
Pectora: zona ſinꝰ cohibet baccata fluentes:
Gẽma hũeros nõ vna tegit digitoſq; micãtes:
Hoc habitu ad ripas phrygii ſimeontis amatũ
Ibat ad Anchyſen: martí velamine iníſto
Eſt cõgreſſa: cauo dũ vir ſudaret in antro
Mole ſub ętnea: qua fortíbus ęra lacertis
Voluít in ardẽti durus fornace pyragmon:
Qualis erat tyrios ludens Europa per agros
Síue per hybleas errans Proſerpina valles
Cũ cyane in liquidũ fluxit mutata líquorem.
Qualis in ornatu líbyco ſídonía mater
Comptior: & feſtis ſolenni more diebus
Cũ nurĩbus phrygiis multo ſpectabilis auro
Tyndaris ad díuę veniens Tritonidis arcem
Seu quales ineũt regum conuiuia nuptæ
Buxea cũ lętos modulatur tibia cantus
Tale ſuper picto per rura p oppída curru
Progrediẽs mõſtrũ nũc hos nũc vulnerat íllos
Luminíbus motis apte geſtuq; venuſto
Obuía diffuſos crines veſtemq; decoris
Motibus impellens díuinũ ſpargit odorem

Aura: ſonat tenui ludens vaga bracteavento:
Ore pudicicią ſimulat caſtūq; ruborem:
Nam magis innocuo ſi ſit coniuncta pudori
Forma mouet: cōdita graui comitate venuſtas
Accendit rapidos furiis afflantibus ignes.
Hęc ſūt illa quibus veneris puer arma ſupbit:
Et quibus imperiū terris quęſiuit & alto.
Hinc hoim ſurgit crucians inſania mentes:
Quæ dulces abigit ſumnos: q̄ pallida reddit
Ora: parit gemitus: in amaros lumina fletus
Soluit: & in totū ſuſpiria ſeminat orbem.
Mira huius natura ferę: non enſe nec haſta
Vincitur: inter equos toraces inter ahenos
Per galeas conoſq; truces incedit inermis.
Nuda manus: ſine toracis ſine caſſidis vſu:
Concita in hoſtilē victrix agit eſeda turbam:
Prętereinſq; hoim caſtra imbecillia ridet.
Martia fert Macedo terretes in bella ſariſſas:
At ſythicę longis vtuntur amzaones haſtis.
Romulidę certant pilis: celereſq; catheras
Barbarus aduerſos gallus iaculatur in heſtes
Parthus equo verſis pugnat fugiente ſagittis
Sunt varii mores: vſus non omnibus idem

Militię: nō omne ynis genus vtitur armis:
Sunt iſti ſua tela iocí riſuſq; modeſtis
Nutibus & pulchro ridentia lumina vultu:
Dura quibus penetrat cōpagib⁹ ęra ſolitis
Scutaq; multiplici chalybis circūdata veſtę.
Scit paris ęneaſq; pius ſcit durus Achilles:
Alchideſq; Iouis proles: ſcit Iuppiter ipſe
Sępe feræ inſidiis factus fera. cygnus. & aurū.
Scit crudelis idē Theſeus: victorq; meduſæ
Cuius adhuc retinēt illuſtrē ſydera prędam.
Hoc regina modo Babilonya paſyphaeq;
Sic bacchi deluſa parens: ſic & phaetontis
Victa cupidineo mater quę languit igne:
Venatrixq; ſoror phæbi: ſcit lamia rupes.
Hęc fera adulteriū parit inceſtuſq; nefandos:
Stupraq;: & igne ſcel⁹ dignū quo barbara quō
Abſtulit īmixtis ſulfur quiquurbia flāmis. (dā
Nunc lacus eſt. vbi tūc hoies errare ſolebant:
Et qua pentapolis regio fuit ęquora lentus
Pigra liquor veſtit: qui mortua corpa ſorbet.
Viua gerit tergo: ſceleris monumēta vetuſti.
Hāc venerē dixere patres: quā ſpumēs hūor
Progenuit: leniq; ſalo delata propinquū

Littus vt applicuit placido per pectora lapsu
Se insinuans delubra sibi quęsiuit & aras.
Flamma latēs venis Venꝰ ē: furor ossibꝰ hęrēs
Hinc locus: hinc frater satus est q tela facemqꝫ
Gestat: & auratis sine lumine militat alis:
Omnibus has natura potens & prouida curas
Addidit hos stimulos atqꝫ hūc aiantibus ignē:
Quod pręstat magis ossa çalet: venꝰ acrior vr
Nā meliora magis phidēs natura perire: (get
Ad genus augē dū flammis grauioribus instāt.
Ast hoiem cui plus diuini luminis auctor
Tradidit: & fleti voluit rationis habenis
Legibus hūc certis iussit cohibere furorem:
Imposuitqꝫ modū veneri: ne pluribꝰ vna
Nubat: vt vnius cōiunx sit cōiugis vnus.
Hinc ples. hīc sancta fides: & honesta feracis
Copula conubii: legis mysteria nostrę.
Sed venus hos mores naturęqꝫ addita frena
Non patitur: nulloqꝫ potest māsuescere vīclo:
Ac velut vnda fluēs pronus qua colligit ānis
Si solitos misso tardaueris obiice cursus
Murmurat: & clausstris furit indignata teneri.
Perlustrāsqꝫ aditum tumet: & spumātia terga

Eleuat: & molem fluxus quę intercipit vrgens
Pondere creſcenti ſemper cõuellere tentat.
Et tandem euerſo celerẽ trahit aggere curſum
Aſſuetum periternotiſq; dat oſcula ripis.
Sic venus iniectis creſcente libidine vinclis
Vento inflata calet: pedibuſq; repagula vicẽs
Libera pernicem facto rapit agmine greſſum.
Ite procul iuuenes ſimplex & credula turba
Pręda eritis: dabitis pęnas: hęc belua thyſben
Hęc Cynirę natam rapuit: ſcyllamq; paterno
Crine ream: preti ſobolẽ lotideſq; puellas.
Ite viri procul: ite nurus: hęc belua tinxit
Cędę mari tales thalamos & ſanguine lemnõ
Hęc iras hęc bella parit: circũſpice campis
Quę ſtygiis errant vmbras pallere videbis
Triſtitiaq; premi: & rubrum ſudantia rorem
Tela corona ri myrto: & nũcire per vmbras
Pallentes vmbras nemorũ ſenoſaq; luſtra
Et nunc ęre graues veſtigia ferre per haſtas
Nũc per equos: has dura venꝰ certare coegit.
Puluereq; aſpergi: & grauibꝰ ſudare ſub armiſ:
Atq; pati geminũ duplici ſub marte furorem.
Dicta ſub exiguo claudãtur vt omnia verſu

Díuitias. animũ. corpus necat. inficit. aufert.
Talibus exultans armis & milite tanto
Multa cathenatis heroũ milia ſecum
Ducebat manibus: nitidoſq; p oia flores
Compita iactabat. violas. hiacynthon & alba
Lília: purpureaſq; roſas. Amarathon. Anethi
Gramen odoriferũ Caſias. & cynnama nardi
Semina & aſſyrię dederãt quę balſama ſyluę:
Narciſum. croceáſq; comas rutilantia fila.
Sed paſſim infeſtę iactis de floribus herbę
Surgebã: quas gignit ager ſardous amaris
Frondibus: & taxus. triſtiq; abſinthia ſucco:
Mordentis genus vrticę: curuiſq; rubera
Dentibus: & tribuli Titimallus inane Cicutæ
Germen: & erectę tollũt quę haſtilia ſentes:
Omnigeniq; ſeges ſubit importuna veneni.
Dumq; oculis abiẽs agmẽ ſequor vltia pigris
Paſſibus vmbroſo gens aſcendebat ab orco:
Gens ohſcura carens titulis. ingloria. laudum
Indigna. vulgus inops. proles ignara laborũ:
Segnis. iners. timida pictum teſtudine velum
Anteferens ibat torpor: ſine nomine longa
Turba ſequebatur pompa: dux vltima caſtra

Sub ☩ O ad vñ diuinũ hominũ ꝙ dñ e e. ii.

Nixus equo tenui: vultum deformis agebat.

Septimũ monſtrũ Accidia.

h Aec eſt curarũ genitrix exercita nullis
Artibus officij nullo laudabilis vſu
Segnicies inter ſocias nutrita megęrę.
Doctaq; languores animi: luctuſq; magiſtra.
Sola ſedens: oculoſq; ſolo defixa: malignum
Criſpa ſuperciliũ: palens. impexa capillos:
Phthiriaſim patiẽs ſcalpit caputvnguib⁹ vnciſ:
Os immunda. manus illota. cadente ſaliua
Barba madet: pluit ibriferis de narib⁹ humor.
Debilis. & longo pendens in pectora dorſo
Fauce tumet: leuat anguſto ſub pectore vẽtrẽ
Vtris ad exemplũ morbiq; intercutis inſtat
Crus exile. genu ſurgens: pes pĩguis & ãplus
Tardat iter: grauibuſq; dolet iũctura podagriſ
Hęc fera ſeruilis ſanctę faſtidia vitæ
Ingerit: & tardos ad clara negocia ſenſus
Somnifero langore premit: frigentia corda
Inuoluit gelido denſę velamine nubis:
Nil niſi terrenis hauſtum de fecibus vnquam
Cogitat: annales veterũ dubiamq; futuri
Temporis ignorat ſortem: nõ vlla latentes

Cernere naturas rerũ cauſaſq; tueri

Cura ſubit: ſnbiecta oculis vix aſpicit: ægre

Palpebras leuat herentes humore tenaci.

Lumẽ habet: ſurdent aures: vox lãguida: ſerõ

Barbarus: obſcuro verba intercluſa palato

Seminat infælix loliũ frigẽſq; pauper

Lętheiſq; rigat ſteriles humoribus hortos.

Plumbea liuenti geſtat connexa metallo

Vincula captiuos hoim quibus alliget artus.

Saturnus pater eſt iſti: nox humida mater

Hanc genuit magnos Iouis vt cõpeſceret aus⁹

Italа cretęis petiit cũ littora roſtris.

Penula trita. fluens humeris, a pectore aperta

Sordida; neglecto cultu: demiſſior ante

A tergo breuior: textu laxata ſoluto

Filia oras circũpendent: roſere cothurnos

Articuloſq; pedũ mures & olentia nigris

Ipſa ſibi grauis eſt. turpi deiecta quiete

Meret: & ignorat cauſam mæroris: & ortum:

Ebria lethargo ſemp triſtiq; veterno

Virtutũ formidat iter: monſtratq; labores

Difficileſq; vias: & re maioraviderí

Cuncta facit: ceu si vitreo sub gurgite virga
Mersa sit aerio quia corpore densior vnda est
Ingentem sparsa mentitur imagine formam
Sic hoim falso deludit acidia vultu
Spem minuēs aimosq; premēs operūq; futura
Premia deridēs: cōtemni fulmen & ignes
Tartareos frustraq; docet phlegetonta timeri
Aecon & minoa negat: nullū Rhadamantho
Iudiciū tribuit: fædeq; libidinis vsum
Et veneris concedit opus: conuiuia ventris
Ingluuiem laudat: sic lentus pectora torpor
Occupat: & pigras ita vincit inertia mentes:
Instructis laute mensis si copia detur
Indulget: quesita vorat: sed quærere nescit:
Inde graues curæ longæuaq; tædia surgunt.
Sic nocet hoc mōstrū: & iustis conatib⁹ obstās
Suadet ab obscænis quæri solatia rebus.
Hoc in honoratū scelus ignauūq; sequūtur
Ignotæ triste sq; animę: quas nulla futuri
Cura nec æternę stimulauit gloria famæ.
Si tamen hoc quædā retinēt ex ordine nomen
Non sua sed virtus illos laudata priorum
Vel genus exelsæ gentis: vel regia virga

Imbelli geſtata manu: vel nobile crimen
Egregiũue ſcelus ſciri ſine laudis honore
Cogit. & inuitas hoĩm tranſmittit ad aures.
Iſtorũ turpi ex numero & de plębe nefanda
Vnus erat modico dominũ qui vẽdidit ære:
Vnus & oſtriferam feſto qui iunxit abydũ
Pontibus: & magnũ ſalcis Athõ abluit vndis.
Mox vbi conuulſas audiuit in ęquore puppes
Et pontẽ æquoreis cõfractũ viribus amens
Qua phryxi germana iacet rate fugit inermi.
Talis & æneadũ phrygio de ſanguine Cæſar
Vltimus auſonię labes & dedecus aulæ.
Talis ab Aſſirio veniens lõgo ordine Bello
Sardanapalus iners: qui nõ chironis in antro
Nutritus: non inter equos erat inter & enſes
Sed calathos circũ. ſaturataq; vellera rore
Muricis. & tenues lanas quas Sericus altis
Pectit ab arboribus. violaſq; imitantia penſa
Purpureoſq; Croci vultus. hyaliq; colores:
Crinitoſq; colos: ſoliũ Regale tueri
Neſcius: vt regni inuaſor iurata coegit
Auxilia & celeri maturans arma paratu
Attonitã cinxit ſubitis legionibus vrbem

Stamina deposuit tandē: & de plæbe fugaci
Componens raras acies cum milite pigro
Exiit in pugnā: molles talaribus armos
Assuetum tunicis clypei grauis ereus vmbo
Pressit: vt horribilis pugnę caua buccina signū
Aedidit: vt rigidū campos ingressa patentes
Terrifico cantu cecinit vox bellica martem
Et leuis insonuit crebris hinnitibus aura:
Obrigŭit: stupuere oculi: liquere trementes
Lora manꝰ: Clypeusqꝫ cadēs (res digna triū-
Formicā oppſſit veteris de sāguie natā (pho)
Myrmiones quę Myrmidonū genꝰ acre virox
Aedidit excussum est rostri de forpice granū
Et tristem moriens liquit sub puluere vitam.
Non poterat tanta armorū dux mole sepultus
Etanto sine cædę pedem subducere bello?
Talis in ignauo regnabat pectore virtus:
Post clarū facinus fugit: solitūqꝫ cubile
Deposītis repetens armis se misit in ignes
Fęmineœ semper mores imitatꝰ & artes
Hoc animi fortis moriens opus edidit vnum.
Sta regūt orbē scelerūqꝫ licētia regnat.
Religio cōtēpta iacet: spretusqꝫ deorū

Cultus abit: tritaq; fides iam pallida veste
Infirmis titubat pedibus: pessundata legum
Maiestas: tot mõstra pios immania mores
Inuasere: silet probitas: pudor exulat: alas
Explicat ad limen pietas reditura paternum:
Vilis & attrita virtus in veste relictis
Vrbibus egrediens loca per deserta vagatur
Solaq; nã merces laus. gloria. fama. triũphus.
Gaudia. pax: succes^{9}: honor. reuerẽtia: cult^{9}.
Maiestas. fauor. imperiũ. populiq; secures
Virtutũ comites olim dũ pinguia curuo
Iuggera scindebat consul Romanus aratro
Et dũ prima suis gaudebat ouilibus ętas
In scelerũ fugere domos. dolus. arma. rapinæ
Furta: venena: neces: veneres: iiuria: fraudes:
Insignes celebrant solẽni laude triumphos.
Pallida velato virtus abscõdita vultu
Qualis it amisso mulier viduata marito
Visa sub ambiguo nocturnę lumine lunę
Sępius est: & sola die lugere per vmbras
Per loca syluosas inter frigentia valles
Qua driades habitant vbi fessa qescit oreas
Est audita procul tales effundere questus.

Querimonia virtutis.

c Vr ego quę magni sũ semie nata tonãtis
Et celeste genus senior sublimib⁹ astris
Deseror? hũanisue vnquã fortasse negaui
Rebus opẽ? vel forte meis non amplius armis
Mun d⁹ eget? Cur nũc tãto surgente tumultu
Debilis hęc hoim soboles tot milia cõtra
Ditigenũ nostra nullũ munimen ab arte
Postulãt? An validę nõ sunt ad prelia uires?
Nonne acies totidẽ? nõne est industria nobis?
Nõne animi? liceat de me mihi vera fateri
Fortunę domitrix ego sũ scelerũq; flagellũ:
Semper tela manu ferimus: cũ crimine semp
Si genus hũanũ poscat: sunt aspera bella:
Impropũptu nobis & opes: & miles. & arma:
Vtq; hoiem tuear superũq; in tecta reportem
Incolumen stygias omnis demolior artes
Ars mea mortales ad olympica regna deũq;
Hortari monstrare vias quibus itur in altum
Aethera: sum mediũ dirimẽs iter orbita recto
Limite qua mõstrant adhuc vestigia patrum:
Qua veteres cęlo digni petiere tonantis
Limẽ: vbi nitidis sunt lactea flumina campis.

Neſcio delícias: nullũ ínſidioſa voluptas
Mecum fędus habet: míhi lís de límite regni
Cum vícíis: multũqꝫ ínter cõtraría pugno
Namqꝫ meos ínter regnũ mihí cõtigit hoſtes
Me labor aſſíduus validã facit: ocía frangunt.
Et quotiens opus eſt armis exterrita nullis
Congredíor vínci & ſuccũbere neſcía: ſi quod
Pondus ab aduerſis íniectũ eſt caſibus ęqua
Mente fero: ípſa hoíem doceo variaſqꝫ p artes
Erudiens paucis díis ímmortalíbus annis
Perſímílẽ reddo: ſine me cognoſcere rerũ
Non lícuit cauſas: per me pulcherrima mũdi
Machina quę míris ſubiectum legíbus orbem
Temperat expreſſo rapídí patet ordíne cęlí.
Me ſíne quę ín magno nũeris elemẽta lígãtur
Corpore non poterãt: nec ros nec fulmía ſcírí.
Me duce nota ſoli vís eſt & mobílis vndę.
Me quoqꝫ ſumma patrís pietas ítерpte conſtat
Vnaqꝫ cũ duplící ſímplex eſſentía partu.
Ipſa feros hoím docui cõponere mores:
Ipſa Solonígenas leges prędcepta lycurgí.
Plębiſcíta numę: manni conſulta draconís:
Biſſenaſqꝫ dedí tabulas: & ferrea iura.

Me duce regnarũt belus beliq; nepotes
Et Perſę libyciq; duces: me p̃ſide Roma
Floruit: & lata rerũ dicione potita eſt.
Ipſa comes graiis aderã quom Troica contra
Pergama depulſis ex Aulide nauibus ibant:
Me duce romanus tyrias radicitus arces
Eruit: & ſolymas turres: bimareq; corinthum.
Atq; ſyracuſios Arethuſę mænia muros.
Belliger extremas duce me tulit arma pvrbes
Bacchus: & ardentes victricia ſigna per idos:
Nyſeamq; locans Arabis de nomine Nyſæ
Dixit: & ad teretes hederas cõiũgere thyrſos
Pãpineaſq; comas tremulis agitare corymbis
Menades inſtituens dionyſia feſta quotannis
Iuſſit ab ęoa fieri ſolennia pube.
Ipſa ego cõbuſtæ retinẽt quę nomĩa mammæ
Fęmineas ad equos turmas & ad arma pauí.
Plæbis ego ſolymæ ſiccis veſtigia plantis
Per maris erecti pendentes vndiq; fluctus
Murorũ in ſpeciẽ vada phębo icognita duxi
Me quoq; prima viros ratis inuẽtrice per altũ
Aequor & audaci tulit aurea vellera curſu.
Alcides tot monſtra meis deformia vicit

Víribus: Et quícqd muſís phęboqꝫ veſtutas
Aſcripſit noſtrũ eſt: Vates ego ſanctaqꝫ vatum
Pectora melleflui díuíno nectaris ímbre
Largíus írroro: dulciqꝫ aſpergine luſtro.
Fons ego Caſtallíꝰ: Pallas ego nomina plura
Res eadem: Nõ ſum morbo cõfecta nec ãnis:
Incorrupta. vírens. ímmortaliſqꝫ remanſi.
Cęleſtes etenim nihíl ín me motibus orbes
Sídera nil radíis poſſunt: nil lumine tĩã.
Poſt ígitur tãtorũ operũ experimenta fidemqꝫ
Deſeror ígnotis errãns íngloria campis.
O vere íngrata & metítorũ oblíta meorum
Secula nec priſtę quicq̃ ſeruantia laudís.
O Numa romulídũ ſanctíſſime: voſqꝫ Catoẽs
Maſcula progenies: tuqꝫ o metuande ſecurí
Et celtæ ſpolio inſignis Torquate ſuperbo:
Voſqꝫ genꝰ Decíj egregiũ: tuqꝫ optíme Quíte
Eximiũ primę decus: & tu magne quiritum
Maxíme: quo Cęſar fortuna & crímine tantũ
Clarior eſt vobís íſta cũ gente profana
Iudícibus ſi fas eſſet contendere coram:
Dícere veridícis cauſam ſermonibus auſim.
Sola queri poſſum: mecũqꝫ ſub Illíce muta

Testis vbi nemo nisi numina conscia recti
Arguere ingratas gentes oblitaq; mores
Corda meos: mea sit tacitis querimonia sylui
Nota: nec ad stolidi veniat cõsortia vulgi.
Patrona mea causa caret: quia pectora plena
Perfidię festuq; animos tollente superba
Ire peranfractus audẽt impune malorũ:
Aduersasq; sibi leges inimicaq; iura
Frangere & audaci culpas defendere vultu.
Propterea sanctis ratio cũ moribus vrbes
Iam fugit & magni rector moderaminis ordo
Posthabitis terrę solũ regit æthera curis.
Sceptra scelus rapuit: positis custodibus omis
Scrutatur regni fines aditusq; tuetur.
Scire pati sanctum est: partẽ deus oibus ęquã
Seruitij imperiiq; dedit: nõ omnia semper
Astra: sed alternis nũc hoc nũc imperat illud.
Delia regnabat mũdiq; tenebat habenas.
Cum moles equanda ioui consurgeret: & cum
Saxa giganteæ voluebant ardua vires.
Tum primum ignotis hoĩes sermonibus vsi
Dictũq; habuere sonos. duce marte ꝓfusũ
Aequor in aerios misit vada cerula montes.

Triſte reluctando non eſt leue vincere fatum
Conariq; polos & fortia ſydera cõtra
Nauis vt aduerſa remo cum impellitur vnda
Fortia in totis incumbant brachia neruis
Ictibus & crebris inſtent nõ vincitur amnis.
Cædendum eſt: leges in idonea tẽpora noſtrę
Perueniẽt dabitur noſtris ſua moribus ætas.
Nec quod ſola vager doleo: perdenda virorũ
Milia tot tantamq; dari prędã queror orco.
Non pereo deſerta: perit qui deſerit: error
Alligat errantem: mea ſi tamen ora fuiſſet
Fas homini viuumq; decus formamq; tueri
Non illum blandis vnquã peritura voluptas
Flecteret illecebris nec ficto falleret ore.
Sed mihi ſecrerũ voluit pater eſſe decorem
Vt labor obluctans iniucundiq; dolores
Humanos acuant animos: poſt perdita primę
Munera iuſticiæ, veterũq; infauſta parentum
Exilia & preſſos iniecto fomite ſenſus.
O miſerũ mortale genus Quid debuit vltra
Pro te proq; tua deus attentare ſalute?
Vltra immortales aĩos ſup addidit artes
Ornamẽtũ ingens: ſociam me tradidit ipſum

Se tibi pollicitus: cęli tibi limen apertum:
Et fugis auctorem: seruatoremq; ducemq;:
Et chaos obscurũ claro pręponis olympo?
Vlympo sedes vbi sunt: & templa tonantis:
Qui niue nõ albet: nulloq; madescit ab ĩbre:
Nec quatitur ventis: nec fulmĩe vapulat vllo.
Gliscit ibi sine fine quies sine fine voluptas
Pax ęterna: iubar stellis & apolline maius:
Ah gen⁹ ingratum: fera mens ignobile semẽ:
Degeneres animę: mores imitaia ferarum
Progenies: tali proles indigna parente.
Nam pater est de⁹ ipse tibi: tibi maxima tell⁹
Paret & illius dono tibi militat aer.
Vnda subest: seruitq; tibi neptunia doris.
Tu refugis: patremq; negas: tot dona ferẽtem
Dissimulas: Quę pęna tuis erroribus ęqua ẽ?
Quę sceleri tormenta tuo debentur? & audes
Astriferos oculis spectare rebellibus orbes?
Astra tibi clariq; suis quos aspicis ignes
Motibus imperio patris hæc alimẽta mĩstrãt.
Dum tibi dũq; tuo patri se subiicit orbis
Totus & assiduo properans obtemperat vsu
Tu veneri insudas: auidiq; voragine ventris

Rumperis eſcarũ ferẽs graue põdus anhelas.
Sed quid ego in tales nil profutura querelas
Effluo? cur lachrymis oculos ſingultibus ora
Ne quicq̃ indulges? tua quur eniſerat iſte
Corda dolor quõdã florẽs mõ languida virtꝰ
Et videt & iuſta librat deus omnia lance.
Ipſe vbi tempus erit nos in violata reducet
Regna memor: pater ipſe meas vlciſcitur iras.
Singultus inferna palus & verbera dira
Audiet. & triſtes vmbras vlulare ſub altis
Inter ſulfureos erebi fornacibus ignes:
Interea lucos poſito męrore ſilentes
Tuta colam: villeſqꝫ caſas: ignota latebo:
Vt poſtq̃ diti ſat erit vicioqꝫ litatum:
Nobilibus ſuccurram animis. & laſpa reducã
In mediũ certis veſtigia finibus arcens.
Sepius audita eſt & talibus vſa querelis
Dicitur in ſyluis virtus nemorũqꝫ p vmbras:
Vna camęnarũ ſaltus tũ forte per illos
Prętereiens ſacrũqꝫ petens helicona notauit
Sigula: & huic noſtrę dedit ĩ ſcribẽda papyro.
Vt ſi vipereę ſtimulis accenſa Megęrę
Natorũ impietas fuget & diſcordia matrem

Exílioqꝫ procul peregrinũ inuíſcere mundum
Vrgeat ílla licet caſu afflictetur amaro
Et tepído lachrymã lauet ora ſignũqꝫ líquore
Níl crudele tamen natis níhíl optat acerbum:
Nam patiens natura pios nõ deſerit ignes.
Immo ſuũ líceat ſí quando reuiſere limen
In dulces ruet amplexus: dabít obſcula notis
Frontíbus: & tríſtes vĩcet ſíngultíbus iras.
Síc vírtus hoĩm dux: & fidíſſima cuſtos
Quãuis pulſa graues gemítus lamẽtaqꝫ fũdít
Prõpta tamẽ noſtris ſemper ſuccurrere rebus
Errores gemít hũanos: gemít ebría corda:
Et quacũqꝫ poteſt non deſínít arte mederí.
Fędera mortales orcí cũ rege ſuperbo
Cędítibus ſpretis íníere: datíſqꝫ ligatí
Obſídíbus ſeruare fídem coguntur auerno
Per medías vrbes colubrís crinita Megęra
Sanguíneíſqꝫ caput víttís íntorta flagello
In ſcelera & culpas hoĩes vrgere laborat:
Críminís & pęnę dux hortatrixqꝫ malorum
Fronte trucí toruo vultu conatur Erínnys.
Sceptra tenens íudex ſolío plutoníus alto
Ius populís dícít, leges periere deorum.

Hinc iræ venere deũ. morbiq; fameſq;
Improba: quę ſteriles nimiũ verſata per agros
Hactenus intercæpit opes & credita ſulcis
Semina: noſq; pati ieiunia longa coegit
Hinc bella armorũq; ſonans diſcordia motu:
Nam quia mens hoĩm mores oblita pudicos
Degenerat noxis ſemper creſcentibus arma
Nos terrena p̃munt & nos deus vrget ab alto
Multiplíciq; graues luimus ſub iudice p̃nas.

Noua lactura rei chriſtianæ.

a Spicis impiũ noſtrę lacerũq; labanſq;
Gentis vt hoſtili totiẽs certamine cęſũ
Sanguine barbaricos ſpoliiſq; recẽtibus agros
Impleat: & noſtra pingueſcat Achaica tellus
Cęde madẽs: iã græc⁹ ager Machomętia iura
Iam patitur ſeruile iugũ rituſq; nefandos
Inſula qua pelopis muro circũdedit iſthmon:
Qua fluit Alphæi ſiculis potandus in agris
Eurotæq; liquor: qua ſurgit thracius æmus
Aemus: cui⁹ apex niueis candoribus albens
Adriacos fluct⁹ euxinaq; littora cernit:
Qua videt ætholas vrbes Aracynth⁹ ab altis
Rupibus & curuis Acheloia flumina ripis

Vſq; pruinoſos iſtri glacialis ad amnes
Thraicioſq; ſin⁹: bimaresvbi boſphoroſvndas
Arctat & europes Aſiam diſtinguit ab oris
Quaq; ſinu curuo tethys ægæa recurrit
Ad Mityleneas arces leſbonq; ſuꝑbam
Et tenedō priamiq; domos: vbi xātus ab altis
Se ſinuat phrygiæ deſcendens vallibus idæ
Imperiū machomætus hēt: crucibuſq; fugatis
Per quōdā noſtras inſignia barbara turres
Apparent: captæ mutatis legibus vrbes
Dedidicere fidē & ſanctæ myſteria Romæ.
Hęc noua: ſed vetus eſt lōge victoria maior.
Pamphillū Cilicūq; lares vbi mænia Cydnus
Perſea fondata manu labentibus vndis
Partit Alexandriva da per luſtrata natatu
At cur paule tuos pateris ſeruire penates?
Paule pater vident vt ſæuis tua patria tarſos:
Subiaceat dominis: fideiq; vt fædera ſanctæ
Ruperit: & legis ſeruet commenta nefandæ?
Surge: tuo pater enſe tuos defende nepotes
Quā geris aduerſas feriat rōphęa cohortes.
Cappadoces phrygii virides vbi flumīe ripas
Curuat: & argutos audit meander olores:

Et veteres Eneti Carres vbi dicitur ortum
Augurĩu lycii. pontus: pontus: bithynia diues
Hanibalis tumulo insignis. lidiq; vetustũ
Vnde genus tuscis: fuluas vbi voluit arenas
Diuitibus pactolus aquis hę omnia nostris
Hostibus & rigido parent inuita tyranno.
Heu quot singultus. heu quot suspiria matres
In viduis laribus ducunt & cęlibe tecto
Quarũ parua feri rupuerũt pignora thraces.
Bistoniiq; eqtes: Capti pueri atq; puellę
Flumine perfusi sacro fideiq; elementa
Iam docti sua qui christo iam vota precesq;
Curuantes genua ante aras offerre solebant
Seruitũ dominis miserũ crudelibus inter
Vel persas immite genus venere vel indos.
Qui tenuit solymos colles & ditia quondam
Regna palestinę: totum cui paruit: olim
Cęsarie Anthiochiq; solũ: qua mitis horontes
Currit: & immissis vrbem disterminat vndis.
Cui maur⁹ seruire solet: quẽ barbara Mẽphis
Horruit: & dubia surgens ab origine Nilus:
Qui gelidũ Tana in domuit: victricia signa
Ethiopes scythicũq; gelu qui protulit vltra

Turíferoſq; arabes líbaniq; repentis odores
Et íuga caucaſíis quę rupíbus ardua ſurgunt.
Víctor ouans Chriſtꝰ pęno mõ pulſus ab orbe
Amíſſís aſiæ regnís magnoq; potentis
Europę ſpacío extremas male poſſidet oras:
Nã partẽ heſperię dederat cui nomína Betys
Murus habet petíturq; domo macõetís ibera
Hãc cladẽ nobís ſcelꝰ attulít: Heu graue nr̃o
Dedecus auctorí: noſtrí íam pęnítet íllum!
Tutelę piget aſſũptæ veterũq; laborum
Atq; dati noſtra pro líbertate cruorís:
Sí tranquílla quíes & triſtíbus ocía curís
Líbera me ſínerent ſanctos ínuíſcere fontes
Et totos helícona díes cõſumere circũ
Príma ſalutiferí repetens exordía chríſti
Ad ſupréma meũ veníſſet tempora carmen:
Actaq; tentáſſem maiorí ſíngula verſu
Texere: & annales melíoríbus ędere chartís:
Sed nec ſumma ſequí trepídũ faſtigía tempus
Me ſínit: & cæcí vís formídata venení.
Noſtra breuís veloxq; ętas & plena laborum
Níl altũ tentare ſínit: contermína meta eſt
Carceríbus: cõíuncta neci ſubíectaq; fato

Vita fugit. paruo occasus discrimine ab ortu
Distat. & innũeris premit breue cladib⁹ q̃uũ.
Pauca tamen ne me ignauũ tristiq; iacentem
Desidia inueniat miseræ lux vltima vitæ
Subiiciam: magni quotiens benefacta parẽtis
Voluimus a curis animo fugiente caducis
Lucida cæruleis ceu toto e nubibus orbe
Sol abiens monstrat ratio q̃ turpe nocensq;
Sit nõ iussa sequi superũ & cõtemnere diuos
Atq; dei iustas quotiens a limite fixo
Iusticię illecti vicio discedimus iras
Insinuat: miteq; dari pro crimine pænas
Et nostrũ maiora scelus tormenta mærerí.

Commemoratio beneficiorum christi.

a Nte salutari q̃ tolleret vnda lauacro
Crimẽ & irati valuas aperiret olympi
Aera deos hoies & ligna carentia vita
Esse rati lectas pecudes & debita cęlo
Orgia ponebat surdis altaribus ante
Facta manu simulachra sui cultoris & arte.
Numina fallebant siculos Erycina colonos:
Iuppiter a libycis qui nomina sumit harenis
Ethiopes soliq; domos ardore perustas:

Gnoſciacos D ictynna lares:& rura Cayſtri:
Meotiſq; lacus:& clari regna thoantis
Iuſſit vbi humanũ ſpargi dea ſęua cruorem.
Perfida cęcropiam luſit Rhamnuſia plæbem.
Attica cęcropios pallas: Rhodõ altus apollo:
Orthigiãq; breuẽ micone giaroq; ligatam:
At tyrię Iuno lybicas Chartaginis arces:
Thraiciiſq; ſami circundata fluctibus arua:
Barbara cornigerũ Mẽphis plorabat Oſirim:
Lętaq; percuſſo pubes ęgiptia ſiſtro
Inachię celebres veniebat ad iſidis aras.
Dindyma per cybelẽq; phryges rſonãtia galli
Sacra dabant matri diuũ:per Cargara& idam
Buxea multifori ſtridebat tibia cantu
Tympanaq;:audito ſtrepitu de rupibus altis
Pręcipites ibant Damnę luccoſq; petebant
Dorcades ignotos & inacceſſas conualles.
Feſta corymbifero Thias renouabat hiaccho.
Et tepidas cornu ducctus caperibat ad aras.
Roma panomphæo ſacrauerat alta tonanti
Limina ſolennes crebro viſura triumphos:
Paſtaq; Clitumni virides armenta per agros:
Sic alię variis deluſę erroribus vrbes.

Numínibus fictís aras & díuíte cultu
Ardua ponebant parío de marmore templa.
Sępe quidem vino tanq̃ de corpore voces
Et confuſa dabant veteres oracula diuí.
Sícut apud delphos ín pua phocide nigrís
Speluncę latebrís clauſís vocalís Apollo.
Sícut chaonie phębo íllabente volucres
Et caua Cumeũ ſpelęa ſonantía carmen:
Verũ hęc vel fallax hoĩm verſucía fecit
Vel ſtygię mentes auíum per neſcía certis
Motíbus hũanũ fingebant guttura murmur
Formabantqȝ leues per cõcaua ſaxa loquelas:
Et quod ſyderei radíís coeuntíbus ignes
Monſtrabant caute populís multo ãte futurũ
Síue per auguríũ ſeu per vatũ ora canebant.
Díuínoſqȝ ſibi cultus curaſqȝ parere
Artíbus hís ſolítæ turbas & credula vulgi
Mobílís ambígua fallebant pectora voce.
Non tulít hoc magní proles ęterna parentis:
Et ſtygíis ergo canibus ludíbría dixít
Semper erít mortale genus? nunq̃ue vereri
Nos díſcent manes? audacía dítís auari
Improba ſíc ímpune meos ínuadet honores

Semper? & obſcuri plębs ābicioſa profundi
Sic perget ſeſe ſuperis ęquare deoqꝫ?
Ibo: & terrenū luſtrabo incognitus orbem.
Nec patrias repetam ſedes cęlūue priuſq̄
Cerberus & trepidi me regia ſenſerit Orci.
Non vada nō furiæ nō ferrea clauſtra vetabūt
Nigra per & phębi radiis incognita regna
Ferre gradꝰ: horrore tremēs vlulubit Erinnis
Et caua terrifico quatientur tartara motu.
Elāmeus obſcuros phlegetō ꝑ ſuſcitat ignes
Saxa rotans mæſtoqꝫ acheron q̄ labitur amne
Cocytiqꝫ graues parientia flumina luctus
Et liquor inducens lętheę obliuia lymphæ
Pręcipites ſiſtent curſus retroqꝫ redibunt:
Et ſua ſulfureos repetent exordia fontes.
Cum mea vox aditus cæcos ingreſſa ꝑfundæ
Noctis & inſolitū penetrabit tartara lumem
Luce repentina chaos & fumoſa baratri
Atria clareſcent: vbi pallida frondibus hærēt
Somnia: tenariis reuocabo a ſedibus vmbras
Inſontes vmbras patrū quos longa ſub alti
Carceris includunt obſcuro vincula circo
Propterea placidam tetris inducite pacem

Sidera qui regitis diui qui voluitis orbes.
Vt dū bella gero cū principe gentis auernę
Sentiat occultam ferri sibi terra salutem:
Iā trepidāt magnoq; pauēt aduersa tumultu
Castra: dies numerat pluto: tempusq; volutū
Colligit aduentusq; meos vestigat & ortus:
Nocturnas cogūt acies: cursantq; per altum
Aera: & ingenti strepitu mortalia terrent
Pectora: montanos apices atq; ardua saxa
Terribili quatiūt motu: pecudumq; per ora
Insolitas fingunt voces: egiptia pallent
Sollicito simulachra metu: suspirat anubi:
Fatidicosq; legens vates examinat omnes
Peruigil historias & cęli cogitat ignes:
Ipse igitur diuos linquēs & limen olympi
Aetheriasq; domos deus ad mortalia regna
Terrenosq; lares medio dum frigida cursu
Suspiceret cancrū nox inclinata sub vrsam
Venit: & angustam tenuit pręsepia sedem:
Tunc hyberna gelu torpebant arua sereno
Et matutino siccatū frigore gramen
Perdiderat vernū demissa fronte colorem:
Pigraq; nocturnis albebant rura pruinis:

Tũc Rhodopes hemiq; niues iuga ſũma leua
Altí⁹: & niueo ſurgebãt aggere mõtes: (bãt
Nudaq; ramo ſę tenebãt brachía quercus:
Et ſyluas aquílo víridí ſpolíarat honore:
Pręuíus ęoa ſanctos a perſíde reges
Ignís & inſolitis radíans ſplendoribus ardor
Míſit ad ínfantís parua íncunabula chriſti.
Ipſe ſub humana velatus ímagíne mundí
Conditor: vt tetígit matura vírílíbus annís.
Tempora naſcentis iaciens prímordía ſæclí
Ante quaterdenís ieíunía longa díebus
Pertulit: & ſacro mox írroratus ab amne
Abſtulit errorum tenebras: noctiſq; profũdæ
Nubíla: longeuũq; chaos ſíníuit ab alto
Vndíq; díffundẽs íllatam cardíne lucem:
Extinctís oculís aciem lumenq; peremptum
Reſtítuens opus ígnotum noſtríſq; negatum
Víríbus: aerios tractus ſolemq; vídeří
Fecít: & ínſuetũ terrę cæliq; decoram.
Sícca per ęquoreos fíxít veſtígía fluctus:
Admírata nouũ credebat Aríona Thetys
Cũ cythara curuos ínter delphínas euntem:
Mox vbí ví propría tutos ſuſpendere paſſus

Vidit: &humanis liquidas iter esse per vndas
Gressibus hęc nō est audax industria dixit
Romane virtutis. aquę sensere tonantem.
Hęc ait. & fugiens imas se torsit in vndas:
Imperio ventorū iras pelagiq furorem
Pressit: in excelso galileí verticę montis
Ora: manus oculos & pectora sancta beato
Lumine perfusus patuit deꝰ: ęthere lapsum
Numen & albenti vestitū nubis amictu
Astitit: auri comi sonuit globus aeris ingens:
Carmine nō magico nō ví medicaminis vlla
Defunctos iterū vitam reuocauit in artus.
Emigrare leues animas retroq reuerti
Obstupuit: celeresq fremens pluto induit iras
Languida quę nulla potis est humana iuuare
Ars ope: per vicos gradiēs per rura per vibes
Nūc prece nūc solo sanabat corpora tactu.
Sancta dei tenuem pietas induta figuram
Nō pertesa rudes aios moribūdaq membra
Ferre nec ęstiuo graciles aspergere plantas
Puluere nec luteis vestigia ponere campis
Erubuit: tolerare famē pascíq per agros
Graminibus vitreoq sitim restringere riuo

Dulce fuit: coluitq; inopū cōsortia: tantus
Ardor in accenso regnabat pectore: tantis
Curahat studiis hūana negocia: vt ipsum
Aethera iam posset seseq; oblita vīderi:
Ante ipsam quot quot hoīm cōponere ¦mores
Conati statuere modū normamq; dedere
Viuēdi. vel pro certis incerta fuerunt
Falsaue pro veris vel nō perfecta loquuti.
Hinc pater omīpotens aīos miseratus inertes
Atq; imbecilles sensus & pectora tarda
Immensum ęoo reserauit ab ęthere lumen:
Progeniemq; suam summo demisit olympo
Hęc sunt illa: quibus deus instaurare caducū
Naturę labentis opus: tentauit: & omni
Conatus studio veteres auertere morbos
Vt patrias sordes crimenq; aboleret auitum
Legit inauditū fati genus: illita fuso
Sanguine & ardenti liuentia verbere membra
Perfossumq; caput terebrataq; tempora duris
Sentibus erexit miles romanus in altum
Aera: frigentes planctas proiectaq; longe
Brachia & humentes oculos & pectus apertū
Contrectosq; pio crines barbaramq; cruore

In gratę moriens plębi mõſtrabat ab alta
Arbore: & ingenti mortem clamore ciebat.
Cuius ad interitũ cæpere elementa moueri:
Sol genuit nigroq; caput velauit amictu:
Contremuit tellus: timuit mare: palluit aer:
Et colliſa graui ſonuerunt marmora planctu.
Hæc fuit atra dies & lamentabile tempus
Cum ſubito media tenebris in luce ſubortis
Lumẽ in horribilẽ fugit ſine nubibis vmbram:
Aurea cũ vernus retineret vellera titan
Longaq; longinquæ contraria ſidera libræ.
Sic eſt partu ſalus homini: longęuaq; primę
Cũ gemitu & lachrymis deleta īiuria culpę eſt
Immemores tanti populus patreſq; laboris
Neglecto ſuperũ cultu ſpretoq; tonantis
Imperio baccho indulgent veneriq; miniſtrãt:
Sacra ferũt auro: numis altaria condunt:
Aurovina libant: auro laquearia fulgent:
Scorta tegũt gemmis: canibus cõuiuia ponũt:
Sordet in exili virtus incognita veſte:
Exuuiis inopum cultí diteſq; rapinis
Succeſſu elati ſuperos Acherontaq; rident.
Propterea hoſtilis rabies inſurgit & ira

Corda micãt: marmora nou⁹fert p̃lia mauorſ:
Auſoniæ labẽtur opes: nã clauſtra liburnæ
Prę̃teriens anguſta viæ: per rura timaui
Qua ferus algenti gotus deſcendit ab axe
Seu qua piceni ſuperũ mare littoris oras
Alluit epirũ dirimens & iapygis arua
Turcorũ ingentẽ paruus vomet angul⁹vndã
Biſq; patẽs expertus iter magno agmĩe míles
Veloces aſcẽdit equos: ſonuere pharetrę
Cornipedũ crebris reſonant hinnitibus auræ
Vallib⁹ in mediis: & quadrupedante tumultu
Auditur longe ſtrepitus clamorq; virotũ
Sublati quotiens æſtu rapiente vapores
Alta petũt piceoq; tegũt velamine cælum:
Et noua tẽpeſtas clauſiſq; ſonantíaventis
Nubila per cęli tractus voluuntur apertos:
Rugítu ingenti reſonansvolat aere grando
Pulſa noto boreaue: tremũt cũ rupibus alpes
Tunc fracta ſi nube fragor ſubit ima profũdę
Vallis: & impulſu nemorũ & telluris opacę
Vndiq; cõprehenſus fugit atq; repellitur aer:
Aerii montes clamant: magnoq; boatu
Antra ſonant: ſtygíũ dícas mugire baratrũ:

Horrida per cãpos procul exaudíta pauentes
Corda ferít gelído ſtrages hũana tímore
Tale ſonat longo populatríx agmíne turba
Ore manu teloꝙ mínax ſítibundaꝙ noſtrí
Sanguínís írrumpít: ſcopuloſa ceraunía lugẽt:
Sylua vetus dodona tímet gemuere moloſſi
Rura ſolí. tremít omĩs ager: pauet adría põdꝰ
Claſſis: & adductú peregríno remíge martẽ.
Trãs mare trãs ídos nabathęaꝙ rgna nefãdæ
Gentís ín auxilíũ rutílo volat Eurus ab ortu
Impíger: & firme captat íam líttora terrę:
Butroti íã culmẽ habet: ſummaſꝙ per arces
Dírrachíj ſtridẽs frondoſa cacumína curuat.
Velaꝙ íã ſínuans proras ærataꝙ roſtra
Vertít ín Italiã: ſalít ęquor: & vnda carínas
Auſoníamverſus ſenſím leuat: atꝙ ſecundum
Spondet íter: culpanſꝙ moras neptunía doris
Per noctẽ ad nautas ita círcũ líttora clamat .

Tẽpora murtígenę quíd ídonea ꝑdítís. íte
Ite lares ítalos & fundamẽta malorũ
Romuleas arces & pontífícalía tecta
Colluuíem ſcelerũ temerate fauẽtibus aurís:
Ite citi quãdo aſtra vocãt quãdo omía mãdãt

Numina: flammanti mauors quid cogitet ore
Cernite ſaturni facies infenſa latinis
Quidvelit: atq; Iouẽ lętos nõ ire per ignes
Suſpicite: & qua fata vocant cõuertite proras:
Aetherię mentes quibus eſt tutela latinę
Gentis ab occulto bella hęc immiſſa videntes
Imperio patris & longa clade eſſe litandum
Imbelles hærent: atq; in ſua regna furorem
Ire ſinunt: Romaq; alio fugere relicta
Cęde nouaveteres culpas abolere neceſſe eſt:
Ecce tarentinis vacuas in collibus vrbes
Et nudas cuſtode domos & littus inerme
Milite deſeruit dux parthen opęus abacto.
hetruſcaſ populata domos mõ trãſiuga pulſo
Marte p ęmiliã & venetos bacchatur erinnys.
Nec vos immenſũ dirimit mare: tranſitus vna
Nocte breuis calabros t̃mas exponet i agros.
Vix ſpatio maiore fretũ diffunditur iſtud
Quã quod adhuc fama notũ eſt athamãtidoſ
Etvada leãdri crebro ſulcata natatu. helles:
Ite quid ãbigitis? vobis eſt debita tellus
Itala qui phrygios domuiſtis& hellada: gẽtes
Oenatrię ducunt genus ab radicibus illis.

Quis pallanteũ veterẽ quis cõdidit albam?
Hocopus ęneę: ꝑfugi fuit Archadis illud.
Dardanius phrigia veniẽs Antenor ab ida
Euganeis latã ſtatuit ſub collibus vrbem:
Quę ſupereſt triplicięꝫ ſedet munimĩe cĩcta:
Parraſij piſas: pubes ſpartana tarentũ
Struxit: & imperiũ Daunus partitus & agros
Cũ diomede fuit cuius tenet inſula notũ
Nomẽ adhuc: ſunt qui auſoniã de noĩe dicam
Auſonij laertiade de ſanguine olyſſis.
Progeniti: quid ſurẽtum tyrrhenaꝫ dicam
Regna? quibus lydi frater tyrrhenus ab agris
Meoniis aſiæ ſortes & fata ſecutus
Attulit & leges alia & nomina fixit:
Et phaetontiades loca per montana ligyſtus
Errantes populos domuit: ligureſꝫ vocauit.
Sardoum tenuit littus ſatus hercule magno
Sardus: & agraiis Cyrni deſcendit origo:
Roma phrigũ labor eſt: capuanaꝫ męnia Mã
Filia dircei vatis poſt condita tecta (to
Et clarij delubra dei comes addita lydis
Cũ duce tyrrheno venetos annauit ad agros.
Tybur ab argolicis poſitũ: locrenſibus aiax

Auctor: ab argíuís volſcí fundata Coracís
Oppída. Quid ſcopulís ſegnes hęretís i iſtís?
Veſtra nec aſpícitís ſeſe oſtentantía regna
Arduus heſperio vobís garganus ab orbe
Oſtentat ſublíme caput: cũ mane colorat
Sol nouus oppoſítos ęoa lampade montes
Cernímus excelſas vmbrís ín rupibus arces
Piceníſq; íugís albentía męnía: clamat
Vos ab oliuíferis lętiſſíma collíbus ancon
Brachiaq; ín portus pandít ſínuata capaces
Amplexura rates & ſuſceptura benígno
Maumetí genus hoſpicío: fautrixq; futura.
Gloría vos ęterna manet: generoſa nepotes
Facta legent: patrũq; volens exẽpla íuuentus
Magna ſequí pugnas animoſíor íbít ĩ omnes:
Et partas augebít opes: natoſq; per artes
Ingenuas ducet vírtus audíta parentum.
Sic víuet longæuus honos & fama ſuperſtes
Per populos íbít late: Sí troíus hęres
Iſta per íratũ díis aduerſantibus æquor
Nauíbus amíſſís & mílíte cępít ínermí
Arua quíd hæc delecta manꝰ cõgeſtaq; claſſís
Fæta armís anímíſq; ducũ numeroq; vírorum

Molíri poterít? longo íam vincítís ęuo:
Nec fugere a veſtris audet victoría caſtrís:
Vos ímane gen⁹ Thracas & marte ſuperbos
Nubígenas ſęuoqꝫ ſatas Iſíone gentes
Atqꝫ pelectronios laphithas vícíſtís: & omnẽ
Euboíam: Pelopíſqꝫ domos: altãqꝫ corínthũ:
Euxínũ pelagus veſtrũ eſt: & lata propoutís:
Ioníũqꝫ fretũ: lęto vos Adría vultu
Nũc vocat: & fínes thetys quę cĩgít hetruſcos
Et mínor eſt vobis audatía víribus: íte
Díuítías. Aurũ. pecus. & ſola pínguía vobís
Heſperíj ſeruant. íſtís audete potírí:
In vetítas nõ ítís opes ín veſtra venítís.
Hęredís nõ hoſtís erunt: œnotría regna
Cum veſtre dítíonís erũt: mõ poſſídet hoſtís
Auſoníã: patíturqꝫ truces inuíta tyrannos.
Nocte dieqꝫ gemunt vrbes: durũqꝫ recuſant
Fere íugũ: populí tenſís ad ſídera palmís
Maturare rogant: íta ſe fínire labores
Aerumnaſqꝫ putant: & líbertate potírí:

Calamítatum Lıber Tertíus.

ALIBVS Indomitas mentes
t & barbara corda
Irritat dea sæua maris:
de littore classis
Soluitur: & nostros venit euersura penates.
Chaonię nostris vicinę finibus alpes
Acclamant: & saxa cauis quę plurima pendẽt
Rupibus acceptas confuso murmure voces
Conglomerant: nec clara sinũt respõdeat echo
Magnus apud manes itala de gente coacto
Agmine pompeius rogat ad sua mænia mitti
Italię laturus opem: sub pectore forti
Viuit adhuc patrię pietas: stimulatq; sepultũ
Libertatis amor: pondus mortale necari
Si potuit: ve teres animo post funera vires
Mansere: & prisci viuit non immemor ęui
Sollicitusq; hisdem curis: quẽ Romulus æuo
Grandior his acuit dictis: I. Magne meorum
Immortalis honos & gloria summa nepotum:
I cõmune bonuz serua: quãdo hęc tibi semper
Cura fuit: totũ pietas tua nota per orbem:
Imperio dignũ nostrę te fecerat vrbis:
Cęlo alitet visum ẽ: cælũ culpare quis audet?

I patriũ defẽde ſolũ: quando ítala vírtus
Vſq; adeo cecídit quando germanía quandã
Armípotens nũc lenta íacet nec cęſaris vllum
Audet opus Cęſar: genus hoc ignobile gẽtis
Barbaricę procul auſo níis a fínibus arce.
Te pontus: te noui arabs: te gręcía & omne
Aegeũ ioniũq; fretũ: te punica tellus:
Tyrrhenũ magís equitaſti claſſibus æquor:
Te ligur alpinęq; niues te ſenſit hiberus
Galliaq; & latís ingens germania campis
Per freta per campos victrícia ſigna tuliſti:
Regna. vrbes. maría, & terras fęlícibus armis
Calcaſti: totuſq; tuos miratus honores
Orbis vt indígno raptũ te vulnere nouit
Ingemuit: fleuere arabes: fleuere ſabei:
Indus: & extremi fleruntt ua funera ſeres:
I. decus Auſonię: regno ſuppone cadenti
Ingentes humeros & fortía pectora tantís
Fluctíbus opponas: magnę teq; obiice cladi:
Cõmunes tutare domos: communia ſerua
Regna mea fundata manu: ſententia fratri
Iſta remo ſedet: it curij deciiq; precantur
Id numa cęlicolũ cultor ſanctiq; catones

Id populus patreſq; rogant: ne deſpice gentẽ
Nate tuã: Viden vt campis tam multa virorũ
Milia pręſtantum generoſis frontibus errent
Elyſiis: te nemo tamen pręſtantur ore
Nõ aio melior nec ad horrida prõptior arma
Te externi noſtriq; duces venerantur: & ipſe
Depoſitis odij cauſis liuore ſepulto
Te pręfert Cęſar: ſe maioremq; fatetur.
Quãdoquidẽ pietas & neſcia rumpere leges
Dignior eſt ſceptro & regni diademate virt⁹.
Hac pce mot⁹ erat: mẽtẽq; mouebat ad arces
Antiquas artes belli martiſq; laborem:
Cum pater eloquij culto ſic Tullius ore
Elexit ab inceptis animos. cetũq; reſoluit.
Magne pater noſtri generis: tuq; optie ciuis:
Optime dux: patrięq; ingens pietatis amator:
Quem ciues colui ãte alios dũ vita manebat
Ferre vrbi auxiliũ fruſtra meditamur: olympi
Ipſe pater qui regna tenet qui fulmĩa torquet
Sic ſtatuit: ſcelus hãc hoim ſibi ſuſcitat iram:
Diuiſę excitis ſe ſeditionibus vrbes
Auſoniæ lacerãt: vna intra mænia liuor
Ambitio nummiq; ſitis corrumpere mores

Vt cepere pios nullos eſt reuerentia recti
Nulla quies animis: nullusq; ſalutifer vrbi
Ciuis: opes patrie rapiũt eraria nudant:
Et cõmune bonũ in proprios elabitur vſus
He praue viuendi artes: hec peſſima morũ
Colluuies nobis l atũ qui reximus orbem
Abſtulit imperiũ: romãq; aliena coegit
Iura pati: ſeruiret adhuc niſi prouida Narſis
Cura redermiſſet Pulſo capitolia gotto:
Que rapuit partes eadẽ fortuna nepotes:
Inſequitur: uires eterna ſors aſpera fronde
Proſpera brumales pluuias & frigora ſentit
Aſtraq; debilibus nõ fert ardentia ramis:
Atq; omnis timet incurſus: euoq; ſeneſcit
Sponte ſua cõfixa manẽs ſtabilisq; putatur
Occidit exemplo fugitq; infiba repente.
Sorte ſua vtantur: lex eſt deus oĩbus equa:
Omne quod a ſuperis bellũ ẽ reuocabile nõ ẽ:
Sed neq; rex herebi quẽquã trãnare paludem
Nec ſuperis iterũ reddi ſinit: eſt pia quęte
Romule cura mouet ſęd ſubdita legibus orci.
Nos iſtis ęterna ligant ergaſtula campis:
Nec licet ad patriũ limẽ celũq; renerti:

Felices animę ſedem quibus ętheris alti
Iupiter indulget poſſunt ea fata mouere
Nos orbis quondan domini ſeruimus auerno
Fata regunt illę: terrenaq; regna gubernant.
Verte alio mentem: nec nos ea cura fatiget
Sit ſatis exilio nobis leuiore teneri.
His animę dictis cętu ſiluere relicto.
Interea noſtras odiis flagrantibus vrbes
Exercent furię: per rura: per opida ſęuit
Martis opus: petriq; domus po lluta fluenti
Marceſit luxu: nulla hic archana reuelo
Non ignota loquor: liceat vulgata referre
Sic vrbes populiq; ferũt: hic rumor ab auſtro
Cimerios vltra latices per opaca ſilentis
Clauſtra vię: ſale concreto qua plurima creſcit
Stiria frigentes ſcythię penetrauit in agros:
Venit ad herculeis per iberũ gadibus ęquor
Qua ſubit excelſam Thetis interflua calpen
Ad vada gangarid ũ: magno q proximagange
Rura tenent: gẽmaſq; legũt: ea fama per omnẽ
Iam uetus Europã mores extirpat honeſtos:
Sanctus ager ſcurris: venerabilis ara cinedis
Seruit: honorande diuũ ganimedibus ędes.

Quid miramur opes recidiuaq; ſurgere tecta:
Turis odorati globulos & cynnama vendit
Mollis arabs:tyrii veſtes & muricis imbrem:
Indus ebur:croceũ cylices & Tmolus odorẽ
Mel ſiculi:ferrũ chalybes:tenuiſſima ſeres
Vellera:cretenſes molliſſima viua? tanager
Pernices mercatur equos:venalia nobis
Templa.Sacerdotes.altaria.ſacra.coronæ:

Ignes.tura.preces cęlum eſt venale.deuſq;.
Xyſte pater fidei cuſtos quiũq; magiſter:
Quas bonꝰ effuſo moriẽs in ſanguine paſtor
Abluit ętatis damnoſa licentia noſtræ:
Quam veterum ſemper creſcens ĩcuria patrũ:
Et ſceleri pandens aditũ moreſq; ſeueros
Aduerſata parit·tua ſentiat arma:coherce.
Hãc vitẽ:ãcipite ramos preme falce vagãtes:
Nanq; feros fructus & triſtẽ frugibus vmbrã
Fert inculta:iacẽs cererẽ necat: occupat agrũ.
Mille ſub his latebrę foliis:& mille rapaces
Hac habitant ſub fronde ferę:vulpeſq;:lupiq;
Mitiaq; inuadũt laniaq; animalia paſſim
Sic cicurũ genus omne perit:per ouilia regnãt
Sæuus aper:tygres rapidę:truculenta leonũ

Semia: multicolor Pardꝰ: griphs naribꝰ vncis:
Et varię panthęra cutis: grauis vnguibꝰ vrſa:
In genꝰ hoc pater arma moue: ſua paſcua red
Fecundis ouibus: ſtent ad pręſepia tauri (de
Qui ſignata iugis longoq; attrita labore
Colla gerũt: poſtq; rerũ te Roma potentem
Fecit & obſcuro iubar hoc reſplenduit orbi
Exanimis virtus ſcelerũ ſub mole ſepulta
Reſpirare parũ viſa eſt & tollere frontem.
Et niſi tot viciis hęc ſęcula noſtra fuiſſent
Deprauata: boni poterant rectoris habenæ
Errantes frenare rotas. ſed tantus equorum
Impetꝰ aurigam: ſuperatq; fruſtraq; retractãs
Lora gubernator ſine lege p inuia fert:
Propterea ſortem doleo mitiſſime patrum
Xyſte tuam: fueras annis melioribus aptus.
Eſt tibi quę tãto ſatis eſt in principe virtus.
Sed velut obſcuris phębi ſub nubibus ardor
Languet: & vmbra diẽ piceæ caliginis aufert
Sic tua corrupti vicio clementia ſęli
Obſcuratur: eũt peſſum pietaſq; fideſq;
Lerna palus terra eſt: vicioq; exercitus hydra.
Alcides nuſq; eſt: ardentem ſæua chimeram

Mõſtra tenẽt nec adeſt Glauci caſtiſſima ꝑles:
Cãdida gorgonei capitis coma fluxit ĩ ãgues:
Et neq; mercurij proſunt nec palladis arma
Dedaleis incluſa viis minoia monſtra
Paſſim habitant crebis vterũ q̃ cędib⁹ augent
Nec potis eſt multa ingluuiã ſaturare rapina.
Nec ſuperat theſea manus. per tecta ꝑ aulas
Harpyę funeſta lues fluxuq; fameq;
Infeſtę volitant boreæ genus omne receſſit.
Syrenes redeũt & phæbi filia circe
Quę placidos hoĩm ferali carmine vultus
Vertit in immites formas & in hora ferarũ.
Pluríma ſunt nobis ſancti veſtigia ſęcli
Et gentis monumẽta pię: ſunt ardua templa
Sũt ſacris cõgeſta patrũ ſancta oſſa ſepulchris.
Eſt fidei caput eſt veri latria tonantis:
Iſta ſed heſperidũ velut aurea mala dracones
Cerulei ſeruans: res deteſtanda nec vllis
Flenda ſatis lachrymis: nec me cõuicia quiſq̃
Texere cauſetur mordaxq; excudere carmen:
Hæc ſunt ꝑ ſanctis gemitus lamenta dolores
Moribus & ſuperũ pro maieſtate querelę. (to
Iſta mouẽt ſupos: vocat hoc ſcel⁹ ethere ab al=

Bella famẽ & diri genus inſuperabile morbi
Heu ſortẽ gregis aduerſam ſiduſq; malignũ
Quõ cuſtode caret: cũ fracto vimine ſepes
Nocturnos aditu fures admittit aperto
Preſertim cũ dura fames ieiuna leporum
Inteſtina premit rabidiq; mapalia luſtrant.
Pręda ſumus: fracto ferimur temone per altũ:
Qua furit oæbaliæ violentior ira maleæ
Nunc vadũ latrantis ſcyllę nũc ora charybdis
Radimus: & libycas rapido nũc equoris æſtu
Pellimur in ſyrtis nũc per tua ſaxa Caphareu.
Pulſa dies tenebris: nubes Erimantidon vrſã
Abſtulit: inditiũ cæli magneta latentis
Perdidimus: tumet in mõtes: & lapſa remugit
Doris harenoſi ſaliunt ad ſidera fluctus:
Aduerſęq; vndis vndæ: contrarius; euro
F Elat Zephyrus, boreas auſtro: ſubuerſa dehiſ
Aequora & iter ſe ſpumis albẽtia pugnãt. (cũt
Vicini trepidant agri. pulſata reclamant
Littora vixq; : obſtãt colliſa rebellibus vndis:
Ah miſerę quę nũc inter cunabula matres
Paruula ſecuro nutritis pignora lacte:
Quotte pidi erũpẽt oculis turgẽtibus imbres

Quot gemebũda p̃met feſſus ſuſpiria pulmo
Mæſta quot attractis ſalient ſingultib⁹ ora
Quõ tepído dulces rapientur ab vbere nati?
Atq; viris ípſo cęſis in límineveſtræ
Diripientur opes: ſparſis cũ crínibus ipſe
Præda eritis: manibus vĩctis hoſtile per agmẽ
Ibitis attonito proſtrata cadauera greſſu
Calcantes laceraſq; comas atq; ora cruenta
Veſtrorũ ſeu natorũ ſeu forte parentum.
Atq; pio late ſtagnantes ſanguíne campos.
Summe pater cęli ſaltem cui regía paret
Singultus audí ínſontes fletuq; píorum
Flectere: crudeles gladíi ſaturandaq; cęde
Spícula prímores populí: frontesq; ſuperbas
Oraq; blaſphemo feriant ínflata tumore:
Parce rudí populo maiorũ exempla ſequentí:
Imbellẽq; manũ ſalua: quí cætera ſaluas.
Quíd meruere greges? paſtorũ ícuría dãno ẽ
Cerne laborantem freta per ſalientía cymbã
Et miſeris fer opẽ nautís: pontũq; furentem
Sterne: ſuís manda vẽtos líget Eolus antrís
Fatales properant anni: nouieſq; voluta
Fert alias leges centeno machína curſu.

Nec deus has labi ærũnas ꝓhibebit ab aſtris
Tempus adeſt quod iã venturi ꝑſcia natũ
Pectora: fatidicę quod ꝑdixere ſibyllæ
Corripite arma viri dextris leuaſqꝫ reflexis
Inſertate manus clypeis: deus odit inertes.
Ecce procul dẽ ſo nigreſcit puluere cęlũ:
Sublatæqꝫ leues nymbi tolluntur harenæ.
Accipient fuſcę cędis caua flumina riuos
Rubraqꝫ pãpineos imitabitur vnda liquores.
Non igitur fruſtra diros ardere cometas
Vidimus & medio phæbũ palleſcere cælo
Defectũqꝫ pati: nigraqꝫ in veſte ſororem
Inter nocturnos ignes incedere męſtam.
Tempus erit parcis celeres glomerãtibꝰ ãnos
Quom mediis foſſor campis tellure ſubacta
Inueniet conoſqꝫ truces & vnda virorum
Oſſa graueſqꝫ ſolo galeas enſeſqꝫ ſepultos
Armaqꝫ noſtra ſuo non cõueniẽtia ſæclo.
Atqꝫ immutatos rerũ mirabitur vſus.
Hæc properãt: dictũqꝫ fides nõ ſera ſequetur.
Sed ſteriles gelidæqꝫ aĩæ quas imbre megęra
Lęthęo aſpergens requie ſopiuit inerti
Contemnũt: tepidoqꝫ trahunt ſecura cubili

Ocia tractantes lautis conuiuia menſis:
Nubila mens hoīm ſortiſq; ignara futurę
Terretur vanis & vera pericula ridet
Nō tamē iſta minus properāt: īcredula pęnas
Turba dabit: curiſq; breui tabeſcet amaris.
At ſi tantus amor ſuperū ſi tanta moueret
Corda virū pietas: ſtudiis ſi talibus arces
Ingenuas colorent hoīes: nec iacta perirent
Semina: nec litui ſtreperent: nec claſſica cantu
Terribili: nec dira lues pręcideret annos.
Nam licet obſequiis opifex lucentia mundi
Aſtra ſuis aptans ſemē cauſaſ; malorum
Ignibus ętheriis dederit cęloq; volanti
Ipſe tamen liber nulloq; cohercitus aſtro
Vultq; poteſtq; pijs precibus votiſq; ſuorum
Annuere: & cæli flammas cohibere nocentes.
Aſpice magnanimū bellatoremq; ducemq;
Qui promiſſa ſuū genus introduxit in arua:
Et facilem cognoſce deū: miſeriſq; fauentem
Caſibus: & noſtra ſuperū prece numina flecti.
Barbara gēs populū rducē, phibebat ab ageo
Pollicito: contra ſumptis dux impiger armis
Caſtra mouens hoſtes ingenti ſtrage fugatos

Prę ſſit: & infeſto turbas dum cæderet enſe
Iam nox atra caput velata nigrātibus vmbris
Pallentes vrgebat equos: letumqꝫ ſoporem
Interras biiugo ſecū temone vehebat
Ne tenebris decepta manus victoris ab ictu
Cędeqꝫ ceſſaret ſolymis vt gloria maior
Eſſet & euulſa generis radice ſuperbi
Libera pacificis habitarent agmina campis
Vota preceſqꝫ ducis deus audiit: atqꝫ volātis
Ipſe manus phębi volucrūqꝫ retraxit equorū
Lora pater plureſqꝫ diem produxit in horas:
Vincendiqꝫ moras dedit: & comes iuit ī arma.
Sol ſtupuit: fixoqꝫ diu reſplenduit orbe.
Cętera quę cęli dominū Titana ſequuntur
Ordinibus certis ſua ne interu alla vetuſqꝫ
Sidera mutarent iter & ne curreret orbis
Ordine turbato currus traxere citatos.
Et iuga frenatis ſubito tenuere quadrigis
Solis ad exemplar: regemqꝫ imitata quierunt
Vranie dulci ſeptem diſcrimina cantu
Quę regit immoto vocē cōpreſſit olympo.
Sic pater ędixit: ſic dij fecere minores
Sireneſqꝫ octo: quibus eſt data cura mouendi

Immortale dei templū his quattuor orbes
Ipſe arcem ſuper excelſam ſuper ardua mūdi
Culmina qua roſeum ſurgens aurora colorem
Explicat ęterno patrem modulamine laudāt:
Cunctaqꝫ diſtinctis aptant mortalia fatis.
Humanis igitur ſi mitia numina rebus
Cernimus antiquos tantū curaſſe labores
Vt tardata polis mundi mirantibus aſtra
Paruerint homini credo ſi neſcia labis
Totaqꝫ ſub magni imperiū collecta tonantis
Semper noſtra piis ꝑeret legibus ætas
Sollicito terrore carens fęlicibus armis
Mortales agerent ſub diis cuſtodibus ęuum
Noſtraqꝫ nō nymbo metuēs nō miſſa ꝑ auras
Ardenti iouis arma manu: nō torua furentis
Ora noti lybicū ſpumans quibus ęquor in altū
Tollitur: & campis verſa liquentibus vnda
Serpit in auſoniā tyrrhenaqꝫ littora pulſat
Sed neqꝫ tecta timens cæco ſub gurgite ſaxa
Non vada nō ſcopulos turcoꝫ a littore victrix
Fętaqꝫ multiplici remearet fænore claſſis.
Qua prece placari quo poſſint munere fleti
Numina caſtilides oſtendite: numina vobis

Cognitaterrigenū miſerę ſuccurite ſorti.
Dum precor Vranie cui ſidera nota deūq;
Tecta ſupercilio ſic eſt effata ſereno.
Corpora ſiderei ſicut mortalia cęli
Imperio ſubſunt & nulla rebellibus armis
Bella audēt ſequit magnes erimātidos aſtrū
Et quo luna iubet fugit atq; reuertitur vnda
Tempora ſol variat: ſic mens ęterna parenti
Iuſticiam ſanctos mores & laudis honorē
Perpetuū debet: ſunt hęc gratiſſima cęlo
Orgia & infeſtis oſtare potentia fatis.
Sed poſtq; liquit terras aſtrea noncentes
Fugit & ipſe hoim leges qui condidit ordo.
Temporeq; ex illo ſummi reuerentia patris
Sanctaq; diuini ruit obſeruantia cultus.
Hi quoq; qui nomen de religione ſuperbum
Vrſupant q̄q̄ ſanctis a patribus ortos
Se iactent ouiū molli ſubvellere fraudes
Mente lycaonias ſeruant & crimine ſordent
Quod ſpetiē virtutis habēs ſcel⁹ omē colorat.
Nectn̄ his maculis ſordet pec⁹ omē: magiſter
Ne pereat quędā ſibi ſeruat ouilia ſemē.
Qui prece ſollicitant ſuperos multoq; p̄ omis

Ture lítant arasveniã pacemqꝫ precantes
Inuíſi ſuperis fędaqꝫ líbidíne olentes.
Heu fruſtra inceſtís iterãt ſacra orgía dextris.
Polluti círcũ quotiens altaría vultus
Conueniũt celebrãtqꝫ choros & carmíe mixto
Sancta deũ vanís penetralíavocíbus implent
Irritant íraſqꝫ mouent nõ numína flectunt.
Hac prece níl opus eſt: nil adíutorıbus iſtís
Auxílii ſperate nouis date templa míniſtrís.
Sacrílegũ genus ex adytís templíſqꝫ deorum
Pellíte. nec longos ſcelera hęc vertant in vſus.
Quíd ſolymos ritus qd mõtibꝰ ęmula templa
Aequatãqꝫ iugís molẽ longumqꝫ per æuum
Límína ſolennı late celeberríma cultu
Antíquaſqꝫ dei ſędes cum męnibus altís
Eruit? & pulchrã ex ímís radícibus vrbem?
Sacrificę gentís ſcelus & contagía paſſím
In patrías prolapſa domos mouere tonantẽ.
Quí romana vocans ad opes & regna ſuorum
Caſtra ſecũdabat curſus claſſemqꝫ regebat
Auſoniã: ſtimuloſqꝫ animís addebat & ígnes.
Ipſe acíes tenuí circũdatus aura
Verſabatur agens animoſam in prælía gentẽ:

Oppunanſq; altas arces ſcelerata ruebat
Menia: cęlícolum poſt longa ſílentia tandem
Euigílans furor imperiis regniſq; ruinam
Ingerít: & celeri peſſum trahit omnia cæde:
Sícut in antíquas flammis volítantíbus ędes
Quom ſęuit vulcans eũt laquearía iunctis
Cũ thrabíbus tabulęq; leues: atq; ardua tecta
In cíneres: longoſq; rapít breuis hora labores
Sí robuſta fídes ſi ſpes ímmobílís ardens
Sí pietas ſenís & vício ínuíolabile pectus
Afforet ignícolor quẽ lapſus ab ęthere currus
Suſtulít ín phębi ſyluas atq; ardua templa
Feret opem poſſetq; inſtans auertere fatum.
Ipſe ſacerdotes phythonía pectora falſos
Abſtulít: & longo campís arrentíbus ęſtu
Elícuít largum ſubitís de nubíbus ímbrem.
Traxít & ęthereos ſuperís ex vrbíbus ígnes.
Et noua círcũdãs líquídís altaria ríuís
Quom bone mactato rutílãs ſupincídít ardor
Et quom dura ferens regís mandata ſupbí
Attonítus ſenſít flagrantía fulgura míles.
Hic antíqua tuę íecít prímordía gentís:
Namq; rudem tunicam tetrę fulgínís ínſtar

Cui ſimplex experſq; artis natura colorem
Fecereat induitur per ſęcula cuncta nepotum
Progenies iuſſit ſimilem geſtaret amictum.
Incola carmeli primus fuit: ipſe pudoris
Virginei princeps & vite cęlibis auctor
Ipſe ſuo ſanctos vrbes & menia patres
Linquere & in tacitis ſeruare licentia campis
Exemplo docuit: ſol⁹ namq; ipſe per vmbras
Errabat nemorum pomis cotentus & vnda.
Gramẽ ei pro melle fuit pro nectare lympha.
Sed fęlix nũc arua colit ridentia ſupra
Frigoris aerii: & lapidoſę grandinis oram.
Ille licet gemina vertex eſtate quotannis
Sudet & a nobis cũ ſol declinat in auſtros
Et cũ littorei petit humida brachia cancri:
Scilicet ęquali libræ phryxiq; ſub aſtro
Depreſſo quoniã multũ telluris ab orbe
Tollitur infeſtis nunq̃ tamen ignibus ardet:
Purpureos ſemper flores ſpirantibus auris
Ora tepens ſemper violas & candida ſemp
Lilia fert: breuibuſq; dies abſcondit vmbris.
Quattuor ex iſtis labentia flumina campis
Lata rigant aſię ripis ingentibus arua:

Sunt rigui fontes: vitreoſq; nitentia riuos
Prata bibunt terſus ſemper ſine nubibus aer
Nec quatitur ventis nec rauca tonitrua frãgit.
Brachia pomifere curuant redolentia ſyluæ
Pendulaq; electri gratũ induit vna colorem.
Collibus in paruis vbi paulũ iuggera ſurgunt
Perpetuas ramis fęcunda feracibus arbor
Semper habet fruges quibus & cõtẽnere fatũ
Poſſis & expertem morbi ſeruare iuuentem.
Nulla patet curis illuc via: nulla dolori.
Nulla neſci: collit iſta ſenex loca ſancta beatę.
Atq; ſub occaſum mũdi rediturus in orbem
Non timet interea parcæ ne ſtamina rũpant.
Hoc ſene nũc opus eſt. & te mitiſſime vatum
Cuius ad ingreſſum rubri ſalis vnda receſſit
In geminas rupes: patuit maris aluens ingẽs
Preteerũte duce & populo ꝑ cõcaua regna
Neptuni: timuit triton: ſonuere cauernæ
Delphines curui & phocæ fugere natantes.
Subq; imas ægit protheus pecꝰ omẽ latebras.
Si deus hos noſtro miſerans concederet æuo
Dura inter vapidos paterentur iurgia patres:
Vſq; adeo inuiſa eſt probitas odioſaq; virtus

Tempore nanq; íſtovício datur eſſe pudícum:
Eſt ſcelus eſſe piũ: ſęcli hęc eſt gloría noſtri.
Parce igitur pro gente tua tabeſcere vates:
Pone preces: ambire deos & ſídera noli.
Quod cælũ ſuperiq; ferũt mutabíle non eſt.
Dixerat Vranie cũ teſpías altera vocem
Extulít & tales eſt orſa polymnía cantus
Híc íuuat antiquã cladem veterũq; díerum
Fata recenſere & primęuę gentís ab ortu
Illuuiem repetens miſſos trãs littora fluctus
Ignotoſq; príus nymbos & nubila dícam
Scilicet vt memores íuſto ſub íudice veſtros
Ire díes certaſq; ſequí poſt crímina pænas
Cautíus ambíguę curſus & eũtía vitæ
Tempõra curent nec inerti preſſa veterno
Mẽs hẽat: ſed prõpta graues ſupereuolet artꝰ.
Venturãq; tímens cladem vícinaq; fata
Mobilíũ turpí rerũ ne ſe inquinet vſu
Sed ſolũ vídeat patrem & reuertẽtur adoret:
Quí ſedet & ſtabilís ſolo mouet omnía nutu.
Cum pater occeano ſceleratam perdere gentẽ
Vellet: ad ímbríferos errantía ſídera píſces
Duxit & officiis aptauit tríſtibus aſtra.

Sed tamẽ ante rudes turbas & barbara regna
Quam ſubitis deleret aquis premiſit in orbẽ
Fatidicũ vatẽ qui crimina longa piari
Poſſe libidinibus ſi noxia parceret ætas
Inſtanteſq; iras caneret clademq; futurã.
Interea diuũ monitu contexere vaſtum
Inſtar mõtis opus cępit quo clauderet omne
Quadrupedũ volucrũq; genꝰ ſtirpẽq; nepotũ:
Formabatq; ratem magnis ſuper ęquor iturã
Motibus & grandi preſſurã nerea mole.
Clarus adhuc radiis phębi lucẽtibus ęther
Splendebat quũ ligna faber cęſamq; pararet
Materiem: nõdũ tellus cognouerat imbres:
Sed creſcẽtis adhuc poſt prima exordia mũdi
Terra patens proprioq; madẽs hũore ferebat
Omnia: prouentuq; ſuos meliore colonos
Iuggera paſcebant: grauioraq; ſemĩa culmos
Pomaq; maiori curuabant pondere ramos
Tunc etiã virides animalia tuta per agros
In longos ventura annos ęuũq; ſenile
Gramina tondebant: nũdũ violata pruinis
Nec gelidas experta niues: ſed mitia viris
Tempora & aſſiduũ placidiſſima frigora rorẽ.

Nondũ Lampetíes íthacís armenta colonís
Obfuerant. nec fixa veru verſauerat exta.
Gerione nõdũ fuerant magalía: necdum
Raptor auentínos maculárat ſanguíne colles:
Impianec cęſis víuebant ſęcula bobus.
Tunc ígitur populí índocili ígnara deũ gens
Mírantes ratís ímmenſam conſurgere molem
Conſíliũ ſpreuere víri: nec dícta putarunt
Dígna fide: & ſanctũ ſenís írríſere furorem.
Ecce níger piceís velatur nubíbus aer
Et phębí lux alma díem díffundít opacam:
Iam cęlũ ínſolítis reboat mugitibus: íngens
Nímbus adeſt: fugere ferę fugere volucres
Flumína certatím tumidís nereídes vndís
Et freta tollebant: nigro pallentia cęlo
Nubíla cõglomerans pennís rorentíbꝰ auſter
Aethíopes líbyamqꝫ ſuper ſtrídente volatu
Ibat: & excuſſís ardebant ígnibus aurę.
Folię tremít omne ſolũ: furit eolus: antra
Fracta ſonant factoqꝫ volãt procul agmĩe vẽtí
Contremuere vrbes tríſtes per rura colonί
Cogere ab íbre greges: ſtabulís armẽta tuerí
Dũ properant creſcẽtís aquę lata ęquora curſꝰ

Impediũt. fruſtra pecudes balatibus agnos
Sollicitant: fruſtraq; vocãt ſua parua capellę
Pingnora: conuellũt frõdoſa cacumĩa Cauri:
Diripiũtq; caſas: volitantq; per aera culmi.
Attonitę matres ſtrictis ad pectora natis
Ardua tecta petũt: iuuenũ robuſtior ætas
Annoſas ſcãdũt quercus: fugiũtq; repentes
Quod nulli fugiſſe datur: cõfuſa per vrbes
Infantũ iuuenũq; ſonant lamenta: ſenũq;:
Itur in excelſas turres & ſumma domorum
Culmina: neptunus ſpumans vltricibus vndis
Inſequitur miſeros arctant pręſentia fata.
Imbre madẽt tunicæ: porrectis crinibus vnda
Liquitur: oceanũ dicas ex ęthere labi:
Et lachrymę miſcẽtur aquis: ad nubila fruſtra
Tollũtur cũ voce manus: ſua numina quiſq;
Clamat: in erectas boreæ violentia frontes
Nimboſo ſpuit ore tonans & verba præcantũ
Suffocat ne forte dei referantur ad auras.
Iamq; ſuperfuſum cãpos abſconderat, æquor:
Nulla fugę ſupereſt: ſupeſt ſpes nulla ſalutis.
Hęc vada nõ greſſu nõ ſunt tentanda natatu:
Et iam montanis veniunt qui e fõtibus amnes

Et quę per cãpos latís vada concaua rípís
Magna mole fluũt gremio complexa capací
Vix tanto ſatís eſt oneri neptunía doris.
Iam ſolæ extabant excelſa cacumina quondã
Hunc humiles merſęqꝫ altís ín fluctib⁹ alpes
Vtríbus ínnixtí tabuliſqꝫ ad pectora tractís
Complexiqꝫ trabes hauſtũ ſępe ore vomebãt
Oceanũ tandẽ victí oppugnãtíbus vndís
Ora ſub ímmenſos mergebãt pallída fluctus.
Vallíbus ex ímís profugos q ſumma tenebãt
Culmína montanoſqꝫ apíces: cũ nerea ſemper
Alta magís petere: & plenís de nubíbus ībres
Certatím ruere. & íã mortẽ ínſtare viderent
Penituít tandẽ: ſeraſqꝫ dedere gementes
Nequícq̃ lachrymas: & fallere numína votís
Conſuetí quũ vota darent ridebat olympus.
Flumína non norant rípas nec líttora fluctus
Aerie volucres humore madentíbus alís
Pręcípití caſu lapſæ cũ brachía multum
Iactaſſent pelago: fatũ tandẽ ore trahebant.
Fugerat ín latíces rhodope: magnuſqꝫ latebat
Apęnímus aquis: nígro ſub gurgíte ſummũ
Preſſerat oſſa caput: non apparebat olympí

Altus apex ipſis auibus non peruius ãte
Tunc tamen & curuis ratibus ſi forſitan illa
Aetas vſa fuit ratibus pecoriq; marino
Peruius: æquoreo quę nunq; tingitur imbre
Vicinis timuit mergi ſub fluctibus vrſa.
Apta prius bello atq; armis procera gigantũ
Corpora cũ paruis turba cũ paupere reges
Purpurei nabant ſine maieſtate ſupinis
Pectoribus: merſo ſub gurgite fæmina vultu
Diffuſiſq; freto vittis & crinibus ibat.
Inuoluit ſors vna omnes. diſcrimine nullo
Griphes equi dãmę atq; canes cerui atq; leõeſ
Agnalupus ſimul errabant: certamina lites
Mors dirimit: certãq; dies parit vltima pacem
Iamq; hoĩes iãq; vnda feras populata fluebat
Libera non ſcopuli toto nõ inſula ponto
Nec cyprũ venus alma videt nec delphica phę
Tẽpla: nec alcides thebas: nec cithia delõ (b⁹
Nec iuno ſua rura ſamon: nec gnoſia regna
Iuppiter: extincta fugit vulcanus ab ętna:
Quãuis claudus erat triuię vicina petiuit
Atria prępetibus pennis celeriq; volatu
Nec cupreſſiferã Cillenen aſpicit hermes:

Nec tyberim mauors audax: tegit oĩa põtus.
Protheus & doris glaucus matuta palemmon
Cuncta tenent: pindi phocæ videre cacumen.
Occiderat tellus: ignis neptunus & aer
Mundus erat: cererẽ thetys amplexa p̃mebat
Vndiq; : neptunũ quartæ reuerentia sortis
Nõ metuit violare domũ Thalamoſq; ſororis
Herbiferę: tentare etiam Iunonia regna
Non metuens auras ſpacio breuiore coęgit.
At ratis omne vehẽs aĩal terreſtre per altum
Ibat: & obiecta dirimebat corpora prora.
Atq; vidẽs vtrũq; polũ ſublimior ipſis
Nubibus ęthereũ per iter qua caſus agebat
Nũc zephiros cõtra errabat: nũc ſolis ad ortus
Nũc auſtros nũc vſta petẽs aquilonibus arua
Donec in armeniæ rupis delata cacumen
Iam retro labente mari veſtigia fixit.
Nam pater excelſa mũdũ ſpeculatus ab arce
Vt genus humanũ ſaluo vix ſemine vidit
Interiiſſe fretũ iuſſit ceſſare: nec vnq̃
Amplius Aegeon dixit montana reuiſet
Culmina: neç ſcyllę glaucus iũgetur in altis
Montibus extremæ luſtrabũt cætera flammæ

Cum vetus ingenti tellus arſura camino
Abſorbebit aquã pelagi ſitientis: et ipſos
Aethereos mõtes camporũ ęquabit harenis.
Tunc altos mortale genus voluetur in ignes
Immenſũqꝫ dabit volitansvaga flãma fragorẽ
Et fornace gemẽs mundus fumabit eadem.
Nec tamẽ hæc phætõtis erũt incendia phæbo
Quę nolẽte cremẽt orbẽ: tunc omĩa vires
Aſtra ſuas iurata dabũt: & noſtra faceſſent
Imperia atqꝫ alias alio pro crimine pęnas
Gens humana luet: cinerẽ ſoluẽtur in atrum
Quę mare quæ tellus: q̃ corpora poſſidet aer
Nec tũc vlla virũ flammãs induſtria vincet
Hęc dicente deo: nubes fugere: notuſqꝫ
Occidit: & pulſus claris aquilonibus auſter.
Iam taurus iuga tollebat deformia limo
Lentus & ex altis ſtillabat frõdibus humor.
Semiſepulta inter cumulos humentis harenæ
Corpora ſiccabant aurę: paſſimqꝫ abeũte
Rupibus in ſummis herebant ęquore Conchę
Iam claro rutilans ardebat lumine phębus:
Monſtrobatqꝫ procul diſcuſſis nubibus idem
Turribus ex altis primũ titana videntem.

Rypheas arces licie cilicumqꝫ ſuperbis
Aggeribus frontes: Athon & rhodopeia ſaxa
Et caſias moles magniqꝫ cacumen olympi
Atqꝫ phyrheneos apices Atlatanqꝫ magnum.
Ex alta ſenior ſpecula caput extulit album
Telluremqꝫ videns ſalue ſanctiſſima dixit
Terra hoim pecudũqꝫ parens fęcũdaqꝫ nutrix
Quę frugũ gen⁹ omẽ paris quę vulnera tergo
Infinita pio pateris quo pignora paſcas:
Tu rapidos ignes elementaqꝫ cętera fixo
Limitetu celos ſicut grauis anchora puppes
Inconcuſſa tenes: pedibus tua mitia noſtris
Pectora ſubſternis gaudens: & męſta capaci
Membra ſinu defuncta foues: ſiccare tuamqꝫ
Accipe progeniẽ pelagi tot caſibus actam
Longaqꝫ perpeſam anguſtiis incõmoda tectiſ.
Hæc ait. & preſſas valles ſpeculatus aquoſos
Vidit adhuc campos nebulaſqꝫ errare cadẽtes
Arua per & lento circũ iuga ſerpere greſſu
Et prono petere ima gradu Zephyriſqꝫ fugari
Leuibus: & ſenſim notis ſua fluminu ripis
Reſtitui: & preſſos ſua littora quærere fluctus.
Tum pater ingentes rupto ſibi limite portas

Occeanus fecit: per quas ire atq; reuerti
Posset: & imperio lunę labi atq; relabi
Motibus alterius mediasq; reuisere terras
Tunc gelidi sinus euxini tunc alta propōtis
Ioniumq; satum: longis quod fluctibus altum
Currit ad atlantē: solidis tum caspia ripis
Colligere occultas cęperunt ęquora uenas
Fluminaq; & missos scythicis de ualibus ānes.
Tunc arabes inter campos Niliq; lacunas
Selate mare diffudit: tunc persica doris
Est ingressa solū merces latura per indos.
Tum quoq; meotis latam diffusa paludem
Fecit et immenso glacies induruit orbe:
Despiciens iterū sublimibus alta fenestris
Protulit ora senex & circū lumina uertens
Acilis pendente manu deprehēdit Araxem
Finibus includit propriis: rigrynq; volentem.
Sic ratus Euphratē sic est ratus ire Niphatem;
Sic rhenūu enetūq; padū rodanūq; Ararimq;
Sic thermodontē dubiis e fontibus ortum
Et latos hypanis latices bisaporis & istrum
Sic vada iordanis sic nili flumina septem
Et sua qui nigris dat nomina gentibus indū:

Immixtũq; frętis ſolũq; Boriſtenis amnem:
Tunc etiã nitído cęlos íncedere uultu
Et Phębi occaſum croceo ſplendore rubentem
Humẽtíſq; noti flatus ceſſaſſe nocentes.
Contemplatus: habent dixit bella aſpera finẽ
Et tandem maris & celi cecidere furores.
Mox reſerata uidẽs bípatẽtibus hoſtia valuís
Namq; deus límen quod clauſerat añ: recluſít
Omine frondíferę lętus redítuq; columbę
Seruata cũ plębe ſenex exiuit & agrís
Reſtítuit pecus: & nemorí genus omẽ ferárum
Et leuíbus pennís volucris abiere per auras.
Fínerat tali reſponſa polymnía cantu
Altera cũ docti nutu ſoror annuit oris
Et placidã Clío ſurgẽs extollere vocem
Cępít: & exẽplum priſci memorabíle dixít
His adiunge ſenís: quí marmore prim⁹ acuto
More ſacerdotũ phrygię Pudíbũda Cybellís
Mẽbra ſecans magno dedít orgia grata tonãti
Ipſe pater ſanctę fidei pater ipſe timoris.
Hũc habeant tua ſęcla ducẽ: ſíc fletere cęlum
Sic mutare deos poter ũt ſíc fata mouere.
Tu dea dic inquã: tuus hic labor: ípſa capací

Mẽte tenes: vítęꝫ memor monumẽta prioris
Cernís: & annales ęterno pectore ſeruas
Cunctaꝫ prętériti memorãda negocia ſæcli.
Tunc dea vírgíneos oculos frontẽꝫ venuſtã
Mouít: & ín cęlũ verſis íta vultíbus orſa eſt:
Da pater íngeníis lumen da cordíbus aures.
Et chaos humanis cęcũ de mentíbus aufer
Oblitoſꝫ nouas ſordes laudata príorũ
Facta ſequí patrũꝫ vías concede nepotes.
Mox ad me conuerſa ſuoꝫ ínnixa ſedílí
Talíbus híſtoríã cępít ꝑcurrere dictís.
Clara íacet tellus vltra Babylona ſuperbam
Quam veteres ídeo veſtri díxere medamnẽ
Quod gemínos ínter late díffunditur amnes:
Scílícet enfratrem Tígrímꝫ e fontíbus ííſdem
Progenítos & mox díſiunctís flumína rípís
In duo díuíſos quorũ ſecat íllud æoas
Occíduas alíud ꝑtes: longoꝫ meatu
Per nígros arabũ populos verſata rubentes
Ingrediuntur aquas: & ſecũ doríde míſcent.
Terra igítur fluuíís príus íntercepta duobus
Frugũ terra ferax argentí díues & aurí:
Quę nímío neꝫ ſole calens neꝫ frígoris æſtu

Preſſa graui tepet ęterno placidiſſima vere:
Indiga lympharū tamē eſt: paucíſqꝫ rigatur
Fontibus: aſſiduo paſcuntur gramina rore.
Hec hoīm ſublime genus claroſqꝫ virorum
Fert animos diuū ſacris aptiſſima rebus
Pectora cęleſteſqꝫ vías & ſidera doctos
Quos dixere magos: etiam per perſidisagros
Fęnicūqꝫ domos habitant: & agenoris arua:
Hos antiqua tyrus nouit: Piſcoſaqꝫ ſidon.
Terra tamē gemīo primū quę clauditur amne
Hos tulit: & primos horū ſibi vendicat ortus.
Hac igitur de gente ſatus gratiſſima cęlo
Progenies magniqꝫ ſagax habramus olympi
Cognitor errores varios damnauit & aras
Indignę gentis: veras nanqꝫ ipſe per artes
Illapſuqꝫ dei monitis diuerſa negauit
Numina ſed ſolū ſnmma confeſſus in arce
Eſſe patrē rerū artificem mūdiqꝫ magiſtrum
Abſtulit & fati leges & īania iura
Fortunę: caſuſqꝫ leuis damnabile nomen.
Aetęrnoſqꝫ docens animos poſt funera dixit
In requiem & vitę patriam melioris ituros
Qui ueriti numen maieſtatemqꝫ tonantis

Clauſiſſent ſinçlabe dies & ſancta ſequuti
Que generi dedit ipſe ſuo mandata fuiſſent.
Propterea falſis aſſuętē legibus vrbes
Vt noua tradentē populo mandata deoſqꝫ
Tollentes nouere virū: cōmunia ſanctum
Inciuem vertere odia: inſenſęqꝫ fuerunt
Qualis ſocraticę quōdam gens artica uoci
Id metuens natale ſolū patriamqꝫ relinquit:
Regnaqꝫ ſidonio Petiit contermina ponto.
Rex erat aſſyriis ninus: atqꝫ ſemiramis uxor
Extincti poſt fata viri victricibus armis
Protulit imperii fines per Bactra per indos
Inachus arginā paruo poſt tempore gentem
Rexit: & *incachia cū iupiter iſide captus*
Tunc atlas humero cęlū tulit: igneprometeu
Humanū madido formās in puluere corpus
Contigit: & venas vitalibus imbuit auris.
Nondū Roma ſuū Tyberī nec magna futurę
Troia pareus Romę Xanti cognouerat vndas.
At cū dura fames agros & męſta teneret
Regna paleſtinę mutata ſede petiuit
Nilígenas fęlíxqꝫ ſolū quod pīguidus vndis
Horrea centenolatiſſimafęnorecomplet.

Tunc rudis ęgyptus campos & dura colebat
Iugera: nec cauſas rerū ſpeculata latentes
Nouerat. ętern o currētia ſi dera motu
Lanigeros curare greges caua cymbia dulci
Lacte coronare & mites nutrire iuuencos:
Tunc cōmunis erat labor: hoc ęgyptia pubes
Eexercebat opus glebaſq; domabat aratro
Traxit ab his curis animos habramus : & altā
Suſpiciens arcem mūdi Cognoſcite dixit
Aethereos ignes & non mortalia magni
Tēpla patris: ſanctiq; operis ſanctiſſima ſigna:
Artificemq; deū qui ſidera calcat & ipſam
Grādibus infuſam membris cognoſcite mētē:
Neu ſinite ętternos aſſueſcere terræ
Lætariq; luto & rebus gaudere caducis.
Terra perit pereunt vndæ mutabilis aer.
Intereūt ignes ſemper durabile cælum
Permanet: & noſtris animis habitacula ſeruat.
Ob ſcelera & culpas hoīm rituſq; nefandos
Impia diffuſo perierūt ſæcula ponto
Ob ſcelera & culpas hoīm rituſq; nefandos
In cineres ibit tellus tenuemq; fauillam.
In ſuperos eſtote pij ſatis ampla feretis

Sacra deo templiſq; ſuos reddetis honores
Quom ſine ſorde preces & labe carentia vota
Offeret intanctū maculis & crimine pectus.
Iuſticiam moreſq; pios offerre: litari
His ſibi vult pater: infractus licet irruat orbis
Virtutes animiq; manent: benęfacta ſuperſūt
Semper: & arbitrio deus omnia iudicat ęquo.
Viuere virtutū memores: virtutibus et: ęr
Scāditur: & ſūmos quos cernitis itur ad orbes
Hęc populis pręcepta ferens habramꝰ olympi
Explicuit curſus omnis: biſſenaq; ſigna
Quevariant nitidum ſtęllati limitis orbem:
Innixaſq; fretis terras pontumq; teneri
Aere ſub limes ferri circum aera flammas.
Aſtra ignes circum ſuper ardua culmina mūdi
Aeternū regnare patrem ſceptrūq; teneræ.
His ſuper addebat prolem poſt longa furttā
Tempora quę renouet meliori ſęcula lege
Rura petens iterū proli ꝓmiſſa futurę
In primos quos ante fame regnāte penates
Fugerat argenti locuples remeauit & auri
Et cū rege locí percuſſo fędere greſſum
Cū conſorte thori ſeruorūq; agmine magno

Fixit: & assirios impleuit ouibus agros.
Tum primū cęleste genus sub imagine visum
Creditur hūana: quon forte sub ilicis vmbra
Frigora captaret venientia numina vidit:
Vnū quod dulcem nati prędiceret ortum
Et duo quæ flāmis ruerent cęlestibus vrbes
Infames viciis vrbes & sulphure dignas.
Et quoniam mater ventura senilibus annis
Pignora subrisit materni nomina risus
Induit auspiciis oriens fęlicibus infans
Spes generis celi Proles habitura fauorem
Et longas visura dies: magnāq; datura
Progeniem: visura deū visura tonantis
Semina de seris exire nepotibus olim.
Pulcher & eximie diuino frontis honore
Prędítus vndenos iam bis puer ęgerat annos
Quoz deꝰ habramo dedit hęc mādata fideli.
I celer: vt nostræ dulcem tua pignora risum
Sacra feras aræ sūmi pete culmina montis.
Cōpositisq; super truncis altaria flāmas
Subiice: & arrepto nati pete guttura cultro:
Accensosq; super ramos effunde cruorem.
Impiger ostensum chara cū Prole cacumen

Struxit vbi celſam templi rex tercius arcem
Solus adit famulis vmbroſa in valle relictis
Sępe patri dixit iuuenis tibi culter & ignis
Victima nulla tamen: ſuſpiria longa paternũ
Pectus agens noſtris inquit lectiſſima flãmis
Victĩa mox aderit: lachrymæq; p ora cadebãt
Et iam multiplici ſtabat rogus arbore grãdis
Subiectiſq; nouæ rutilabant ignibus aræ
Quom pater ætherij reſerãs mãdata parẽtis
Talia vix preſſis nato ſingultibus inquit.
Chare puer dulcis vitæ mihi dulcior annis
Quẽ mea clauſurũ ſperabã lumina cuius
Auxilio leuiter ſenij graue pondus inertis
Laturus fueram mea ſpes mea nate voluptas
Ob decus egregiũ formæ teneramq; iuuẽtam
Ingeniũq; piũ ſacriſq; accomoda rebus
Corda videbaris longo digniſſimus æuo:
At ſecus eſt cęlo víſũ ſummoq; tonanti:
Sicut mira tibi fuit & cæleſtis origo
Sic memoranda tuũ renouat miracula funus:
Sanctaq; fælici mors nõ diſcordat ab ortu
Non morbo ſenioue cadis nõ occidis hoſte
Hoſtiã cælitibus fies: manibuſq; paternis

Míte feres mortís genus hoc: inuíta tremenſq;
Triſtibus officiís accedít dextra: pauetq;
Pectus: & immotís frigent prę̃cordía fibrís:
Sed ſuperũ mandata ſequi: & ꝑere neceſſe eſt.
Nec te dura breuís moueat penítentía fatí.
Quãdo tibí melíor dabítur vita ęthere ĩ alto.
Hac pater íllachrymãs charaq; ĩ ímagíne natí
Lumína defixus minuebat voce dolorem
Fílíus hęc contra pater hę̃c ſuſpiría pone:
Pone pater fletũ: ſí quicq̃ fata doloris:
Funera ſi quíd habent pę̃nę fugit ocíus euro.
Ergo deí ſortem potuíſti credere nato
Difficílem? teneris ne fui ſic doctus ab annís?
Hos puero mores pater hęc prę̃cepta dediſti?
Intrepítus fatigenus hoc reuerenter honeſtũ
Suſpicío: nec me flammæ nec vulnera terrent
Immo ego me fruſtra genítũ: & vítalib⁹ aurís
Contra íura frui credam ſi iuſſa pigeret
Iſta patí: mea membra deus melioribus aurís
Imbuet: ínterea donec noua venerít ætas
Pace fruar placída patrũ cũ mítíbus vmbrís
Te expectãs: tua nãq; iterũ pater ora vídebo:
Hís pater ín fletum dictís prorupít: & íbant

Ora per & barbam lachrymę: cecidere tremēti
Arma manu: cū sic iterū puer ora resoluit.
Quid patris & nati tantū te nomina terrent.
Quid te falsa ligat stultæ pietas imago?
Est pietas suprema deo parere: nec vllum
Gratius est sacrū nec victima sanctior vlla.
Anne doles tua quod supis sit & ęthere digna
Progēies? q̨d adhuc trepidas habraāe q̨d he
Quitā fęlici fraudas tua pignora sorte? (res?
Redde deo precor hāc aīam terrena perosam:
Eripe me tenebris: aditūq̨ ad sidera pande.
Prospicit exalto deus hęc spectacula cælo
Hasq̨ moras dudū & dextrā miratur inertē.
Sic ait: & molli denudās guttura veste
Post patrem rutilos puer accedebat ad ignes.
Iam pater ardentes plorans ascenderat aras:
Nudatoq̨ piū nati caput ense patebat
Quom deus amborū motus pietate ministro
Idixit celer. & veniens clamabat ab auris
Pone pater cultros: mitem ne interfice natum
Sat tua nota fides: pietas tua cognita celo
Iam satis æst. cessa. gratam nobisq̨ tibiq̨
Progeniem serua: & matri sua pignora redde

Obiecitq; ca prũ gladio qui cornibus altis
Veperib us herebat: tenuitq; euanuit aura.
c Ei nis ut indomitis hoim cernicib 9 instet
Ira deũ: durasq; terãt quo turbie frõtes:
Aspicis ut subiecta fouens & sancta gubernãs
Corda pius pater ęquali regat omnia lance:
Nos igitur quos tot surgũt immania contra
Signa tot hostiles uultus: truculentaq; toruis
Ora oculis qui tot deuastatricia monstra
Perq; agros passimq; ipsas errare per vrbes
Cernimus & nostris instare pericula rebus
Si grauibus moniti exemplis oracula diuum
Et responsa deũ seq̃uimur: nec flumine sacro
Penituit prima fusos ab origine crines
Clara soporatas illustrent lumina mentes:
Instruemusq; animas: hũiles in sancta feram9
Tẽpla p̃ces: exempla patrũ meliora sequuri.
Purior interea depulsis nubibus aer
Induet antiquos uultu ridente colores
Grana ferant sulci dulcesq; racemifer vuas
Palmes: & alma Ceres mitisq; fauebit hiacua
Atq; salutiferis immisse flatibus aurę
Innocuos celi tractus synceraq; reddent

Atria fatifero paſſim moriente veneno.
Bellaq; compoſita ceſſabunt horrida pace.

FINIS:

FRANCISCI Cereti Parmẽſis Iuris Põtificij Scolaris ad pręſtãtiſſimũ adoleſcentẽ Iacobum Mariam de Lino Ciuẽ Bononiẽſez: ac Dominum Colendiſſimum Carmen.

LINE Decus fidei dentes
cui Serra beatos
Alligat: & veteris pignus amoris habet:
Non ſecus ęoo pr ęruptus in aere Magnes
Attrahit in vires ferrea vincla ſuas
Ac tua ſancta fides nullo violabilis æuo
Attrahit incultus pectora noſtra ſuos:
Quam nec liuor edax: nec lõgi temporis ętas
Abluet a noſtro pectore: crede mihi:
Propterea cũ ſis vita mihi carior omni
Accipe diuini carmina vatis opus:
Quę tibi pro meritis reſides impreſſim⁹: atq;
Dixim⁹ hęc domino ſint monumẽta meo.
Diſce legens noſtræ mala tempeſtatis: & orbi
Immiſſas tetro de phlegethonte canes:

Lętiferę monſtris ſeptem comitantibus omni
Quę mores abigũt prorſus ab orbe píos
Quę pariũt luxũ. faſtus. íram. atqꝫ veternum:
Inuidíam. curas. crímen auaríciæ.
Horrída quę peſtes. & funera ſęua. famemqꝫ
In latías ducũt díra venena domos:
Cum nec ſanctꝰ honor. pietas. nec cõſcía recti
Mens: probítas. vírtus. nec ſít ín orbe fideſ.
Sed dolus íngratigeneris, díſcordia líuor.
Crímen auarítię. luxuríęqꝫ ſcelus.
Ergo pío Vati merítos præſtabis honores
Cuí latiæ debet fama ſecunda lyre.
Interea noſtrí longũ ſeruabis amorem
Diſſímulans fídei pígnora ſancta tuę.
Hæc & plura tibí plectro meliore canemus
Cũ dabítur: reſides cogímur eſſe. Vale.

FINIS.

Calamitatum noſtrí temporís opꝰ díuínũ.
Pariſíis impreſſum per michaelẽ lenoír. Anno
natiuitatis domíni Milleſímo x Nonageſímo x Quadringentes
octtauo Die decíma tertía Menſis marcij.